B. M. II, 122.
x 1876058
II k 1776
h. 29,22.
QVOD FELIX FAVSTVMQVE
ESSE IVBEAT
DEVS OPT. MAX.

De

# S.S. ROMANO-GERMANICI IMPERII COMITIIS:

# Von deß H. R. Reiches Reichstagen.

DISSERTATIO INAVGVRALIS
*Iuridico-Politica.*

QUAM
AUTHORITATE ET DECRETO
NOBILIS ET AMPLISSIMI ICtorum ORDINIS IN
*Florentiſsima & Celeberrima Argentoratenſium Academia,*
PRO OBTINENDIS IN UTROQUE JURE
Privilegiis Immunitatibus ac ſummis honoribus
DOCTORALIBUS
*Publicæ & ſolemni disquiſitioni ſubmittit*

*IOHANNES GVNTHERVS*
*Paderbornâ Weſtphalus.*

Ad diem Novembr.

ARGENTORATI,
EXCUDEBAT PAULUS LEDERTZ,
Anno M. DC. XXVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0001-1

ILLUSTRISSIMO, SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

# DN. MAURITIO,

HASSIAE LANDGRAVIO, CATTIMELIBOCORVM, DECIORVM, ZIEGENHAINI ET NIDDÆ, COMITI, &c.

REVERENDISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

# DN. WILHELMO,

EXEMPTAE ABBATIAE HIRSFELDENSIS POSTVLATO ADMINISTRATORI, HASSIÆ LANDGRAVIO, CATTIMELIBOCORUM, DECIORUM, ZIEGENHAINI ET NIDDÆ, COMITI. &c.

*DOMINIS MEIS CLEMENTISSIMIS, PRO MAGNIS BENEFICIIS TENVE OFFICIVM*

*SED AD MAIORA OPPIGNORATVM ANIMVM, AD FIDEI ARAM REDDO, CONSECRO HVMILIMO ADFECTV*

L. M. Q.

Joannes Güntherus Author.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0002-6

# BENE UNIVERSA GERUNTUR ET COMPETENTER, SI REI PRINCIPIUM FIAT DECENS & amabile DEO.

## *Novell. 6. princ.*

CVm in omni tractatu, prior verborum, potior tamen rerum haberi ſoleat ratio, *l. 1. in pr. de I. & I.* rei enim explanationem ex ſignificatione promanare, teſtatur *Vlpian. in l. 1. in pr. ff. de Reb. Cred.* cui adſtipulatur JC*tus Proculus*, nominis appellatione rem ipſam nobis obviare aſſerens in *l. 4. ff. de V. S.* quippè nomina dicentis voluntatem demonſtrant, demonſtrante celſiſsimi ingenii celſo in *l. 7. §. 8. ff. ſupel. leg.* itaque de COMITIIS acturus, operæ pretium me facturum confido, ſi vim vocabuli breviter & quaſi per indicem declarem. Rebus enim ex debito, verbis ex uſus utimur beneficio, inquit *Waremund. ab* Erenb. *lib. 1. de Fœderib. c. 1. n. 15.* Hinc ſubjecta materia verborum amuſsis & canon indubitatus cenſetur *l. 15. §. 4. ubi Dd. ff. locat. Zaſ. 1. S Reſp c. 6. in f Iaſ in l. ſtipulatio. §. Si qui. n. 1. de V. O Neviz. conſ. 92. n. 4. Weſemb ω. de I. & I. n 3. in fin.* ſunt namque verba notæ rerum, non verò cauſæ rem ipſam conſtituentes, *l. 13. 15. C. de Prob. Bl. in l. ſi non. C. de Injur. Roger. de Iur. Interpre. q. 2. n. 1. D. Gœdd. tr. de Contrah. ſtipul. cap. 1. num.* 44.

II. *Comitia* igitur *à coëundo*, vel potius, ut veteres dicebant, à *comeundo* dicta ſunt, quod populus his coire, & in unum locum convenire ſoleret, *Nicol. Cruch. de Comit. Roman. in præfat. Iohan. Roſin. lib. 6. Antiquit. Roman. c. 1. Paurmeiſt. de Iurisd. l. 2. c. 2. princ. Schonbor. l. 4. polit. c. 33* Reinkingk *de Regim. Secul. & Eccleſias. l. 1. claſſ. 5. c. 8. n. 3. Daniel Otto in diſſert. de Iur. publ. Imperii Roman. cap. 13. Georg. Brudlach. in Epitome Iurisp publ. l. 7. c. 1. Carpzov.* *Etymologia.*

*de Regal. c. 2. th. 39.* Non tamen quivis populi conventus, Comitiorum nomine apud Romanos intelligebatur, ſed is, qui indictus fuit ad ferendam de aliquâ re per ſuffragia ſententiam, *Roſin. d. cap.* 1. Nam & ludorum & cenſus cauſa, ſæpiuſculè univerſum populum conveniſſe, *Cic.* innuit *Verr.* 2. & idem, cum luſtrum conderent Romani factum, teſtatur *Liv. lib.* 1. in concionibus itidem quibusdam, præſertim Nundinarum diebus, frequentiores fuiſſe congreſſus quam ipſis Comitiis, ſcribit *Cruch. d. l.* circa fin. hæ vero conventiones propriè Comitia appellari non potuerunt, ſed & cum Plebs tantum à Magiſtratu convocaretur, *Concilia*, non Comitia indigitabantur, ut ex *Lælio Felice* refert *A. Gell. l.* 15. *Noct. Attic. cap.* 17. & ex eo *Paurmeiſt. d. cap.* 2. *n.* 2. Licet hoc diſcrimen Conciliorum & Comitiorum non perpetuò obſervari, loci ex *Liv. l.* 3. *decad.* 1. ac paſſim & *Cicer.* 3. *de ll.* deſumptis, oſtendat *Cruch. d. præfat.*

*Homonymia.* III. Hodiè Comitiorum verbum *accipitur dupliciter; generaliter, pro omnium tam Univerſorum Ordinum, quam partis eorum ad conſultandum ac decernendum de Rep. conventu*: & propriè Univerſorum Imperij Ordinum convocatione intelligitur. *Matth. Steph. de Iurisdict. l.* 1. *part.* 1. *c.* 1. *m.* 2. *n.* 11. vulgò Ein Reichstag / Landtag / Ein gemein Reichstag / Ein gemein Reichsverſamblung / *Althuſ. cap.* 17. *num.* 55. & *d. c.* 33. *n.* 1. *in polit.* & plures infra allegandi. *Galli* antiqui, *Parlamenta*, & ab iis nomen receptum retinent adhuc *Angli, Thom. Smith. l.* 2. *cap.* 2. *de Rep. Angl.* Dixerunt. *Curias, Germani*; Hove / ſic vocantur Comitia in *præfat. A. B. in fin.* ibi: In vnſerm hochzierlichen Hoff zu Nürnberg / *Tit* 4. §. Darnach / wann man einen Käyſerlichen Hoff begehet / *tit.* 6. *pr.* Wann vnd ſo offt fortan deß H. Reichs Hoff begangen / *tit.* 24. §. *final. tit.* 25. *princ.* & §. 1. ubi aliquoties ita nominantur Comitia, ut & *tit.* 26. & in eâ ſignificatione plerisque noſtris Hiſtoriographis antiquioribus tam familiarem eſſe, ut vix nomen Comitiorum apud eos Uſurpatum inveniatur, teſtatur *Buxtorff. ad A B. concluſ.* 4. *lit. A.* celebriores harum recitat *Marq. Freher. in not. ad Conſtit. Adolph. Imp. de Inſul. Rhen.* & de variis ſignificationibus vocis Curiæ, *vid. Petr. Anton. de Petr. tr. Fideicomm. quæſt.* 13. *n.* 43. *Camill. Borell. conſil.* 26. *n.* 31. & *ſeqq.*

Denique

Denique veteres *Franci*, hoſce conventus, *placita*, dixerunt, *Matth. Borti. de Iur. Majeſt. cap. 3. th. 31.* Cur Princeps Comitia inſtituere debeat, rationes aſſignat. *Petr. Greg. Tholoſ. l. 24. de Repub. cap. 5. Althuſ. dd. loc. Comin. l.* 10. quî verò ſe gerere debeat in iis Princeps, quædam tradit *Clapm. l. 2. de Arc. Reip. c. 3.*

IV. Nominis inſpectionem ſequitur definitio rei, non quidem dignitate, ſed ordine, *arg. l. 1. ff. de Furt. l. 1. ff. de pact. l. 3. 4. & 5. ff. de Pecul.* Ego, forma noſtra Reipublicæ ad principia ſua relata, Comitia in genere ſic rectè deſcribi poſſe, autumo; *Quod ſint Imperatoris & Optimatum Imperij omnium, vel certorum quorundam conventus ad aliquid ſciſcendum decernendúmve Reipubl. cauſa.* Genus in hac definitione extra controverſiam; Forma in cæteris conſiſtit, Imperator autem cum ſit fons & Origo Comitiorum, eaque prorſus ab eo dependeant, ſine vitio (ut à *Paurmeiſt. Althuſ. Matth. Steph. Daniel. Otto.* & aliis, qui hos ſequuntur, factum eſt) omitti haud potuit, quod tamen ad univerſalia referendum. Nam Electorum conventui particulari Cæſarem non intereſſe, conſtat, *Optimatum* verbo, Reliqui proceres Eccleſiaſtici & Politici, τῆς ἀρχῆς μετέχοντες continentur, verbo, omnium, *univerſalia*; certorum quorundam, *particularia* Comitia, intelligi velim; Sunt enim quidam conventus, ad quos omnes Imperii Status convocantur; ſunt rurſus alij, quorum celebratio certis quibusdam tantum competit perſonis, uti ex ſeqq. id ipſum clarius apparebit. *Reipublicæ* verbum, non pro populo Jure publico ſociato, ut apud *Cicer. l. 1. offic. Philip. 9. & lib. 4. ad Herenn. & in orat. de Aurusp. Reſponſ.* Sed pro Imperio ipſo ac negotiis ad Rempublicam pertinentibus, quæ κακοινὰ appellat *Ariſt. 4. polit. 14. Cicer. Verr. 5.* & alibi, *Pompon. in l 2 § 9.* ibi, *Neceſſitas ipſa Curam Reipublicæ ad Senatum deduxit, de O. I.* Diſcernuntur etiam his verbis, Comitia ab aliis congreſſibus Principum & Ordinum, Ludorum (ut olim fuerunt certamina illa *Equeſtria*, quæ inſtar Olympiadum Græcorum ab *Henrico Aucupe* primùm inſtituta, *Anno* 933. & usq; ad *Ann.* 1487. quo poſtremum *Wormatiæ* celebratum, durarunt, vulgò (*Torneamenta*) dicta. *Andr. Knich. de pact. inveſtit. p. 2. c. 4. n. 99. & ſeqq.* Nuptiarum, Conventionum, & aliorum negotiorum privatorum cauſa in- *Deſcriptio.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0005-2

ſtitutis. Ad quos referri poſſunt, Conventus *Principum & Ordinum confœderatorum Ann.1539. Arnſteti, Brunſvici, An.1537. Schmalcaldicus, Ann 1529. Principum Saxoniæ Naumburgi, Ann. 1555. Fœderis inter Illuſtriſſ. Saxonicam, Brandeburgicam, & Haſsiacam* familiam hæreditarii cauſa, *Sleid. l.26.* Aliter definiunt *Cruch. in d. præfat.* aliter *Paurmeiſt. d. c. 2. n. 3.* aliter *Althuſ. d. c. 33.* aliter *Matth. Steph. d. l. 2. p. 1. c. 1. m. 2. num. 12. Daniel Otto d. c. 13.* aliter deniq; *Bertram. tract. hic th. 8.* quem ſequitur Reinkingk. *d. tract. cap. 8. num. 11.*

*Diſtributio* V. Quia ordo eſt Entium magiſter, *Barthol. Socin. in l. 1. n. 4. ff. de A. Poſſeſſ.* veritatique proximus qui benè diſtinguit, *Br. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 3 ff. eod.* qui enim hoc ſepoſito ulterius progreditur, equum per caudam frænare dicitur, *Waremund. ab* Erenberg. *d. tr. de Fœder. c. 1. n. 140.* Ego etiam, ad confuſionem, quæ ordine ſublato ingruit, *Barthol Soc. d. loc.* evitandam, Comitiorum diſtributionem ſubjiciendam eſſe, neceſſarium arbitror.

*Calata Comitia Roman. tuere triplicia.* In veteri Politia Romana Comitia dicebantur *Calata*, ubi calabatur, i. e. convocabatur totus Populus per Cornicem, *§. 1. Inſt. de Teſtam. ordin.* ducta autem eſt hæc vox à verbo καλέω, quod voco ſignificat, & hinc καλεῖν, vocare, deſcendit, unde vetuſtas rudis calare dixit, inflexione & forma latina, *Alex. 4. Genial. dier. 3. Roſin. 6. Antiq. 1. D. Vult. pr. Inſt. de Teſtam. ordin. & ibi, Vigli. n. 5. Schneid. ibid. Rubr.* quod ſint teſtamentorum ſpecies. *num. 3. Borch. & Dd. comm.* Connan. *9. comm. 1. n. 4.* Hinc & calendæ, quod is dies calari, i. e. proclamari conſuevit, *Barnab. Briſſ. 1 Formul. pag 119. Roſin. 6. Antiq. 4.* & ſervi calatores, *Plaut. in Pſeud. act 4. Scen 2. & in Rudent. act. 2. Sc. 3.* Horum Comitiorum *tria genera* pro tripli-

*Curiata.* ci Quiritum diſtinctione, *Tributa, Centuriata, Curiata*, à ſuis collegiis in quæ populus diviſus erat, ita nuncupata, *In hiſce* (quorum author *Romulus I.* Rex Romanorum) *ex generibus omnium populo per Præconem ſeu Nomenclatorem hoſtiatim ex Curiis XXX.* quarum & meminit *ICtus Pompon. in l. 2. §. 2. ff. de O. I.* ubi ſic ſcribit: *Traditur ipſum Romulum populum in triginta partes diviſiſſe, quas partes Curias appellavit: propterea quod tunc Reipubl. curam per ſen-*

*Centuriata.* *tentias partium earum expediebat &c. In illis* (quæ *Servius Tullius VI.* Rex Romanorum inſtituit) *ex cenſu, ætate, & ordine, populo per*

*Cornicem,*

*Cornicem, tuba ſeu buccina* ( quæ Claſſicum dicta ) *ex ſingulis Centuriis XCII. & V.* ( alii *VI.* ) *Claſsibus. In iſtis* ( quæ Regibus expulſis, tunc primùm inſtituta, cum *M. Coriolanus* in Judicium populi vocatus eſt ) *ex Regionibus & locis populo ex Tribubus XXXV. convocato, ſuffragia ferebantur.* Mihi, Comitiorum horum antiquorum Romanorum Originem, ne quod antiquitatis eſt, penitus omiſiſſe videar, *arg. d. §. 1. Inſt. de Teſtam. ordin.* leviter ſaltem attigiſſe, ac habita ratione fontes eorundem indicaſſe nunc ſufficiat: plenam eorundem cognitionem ſi quis deſiderat, is poſt *Budæum, Alexand. Beroaldum, Blondum, Paulum Manutium, Wolffg. Lazium, Turnebum* & alios qui hunc locum in ſuis Comm. tractarunt, adeat & videat, quæ de nomine, Definitione, perſonis, loco ac tempore ſingulorum eruditiſſimè reliquit ſcripta *Nicol. Cruch. trib. libris de Comitiis Romanis, Anton. Auguſt. in lib. de ll. c 7. & 8. Roſin. lib. 6. antiq. Rom. 1. c. 1. Macrob. l. 3. c. 16. A. Gell. l. 15. Noct. Attic. c. 27. Livi. lib. 1 decad. 1. & l. 9. decad. 1. Paurmeiſt. l. 2. de Iurisd. c. 2. n. 4. Schonborn. 4. polit. 33. Matth. Steph. de Iurisd. l. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 12. Althuſ. c. 33. polit. à n. 36. usque ad n. 43. Osvvald. Hillig. in Donell. Enucleat. l. 6. Comm. c. 6. lit. B. Theodor.* Reinkingk. *tr. de Regim. Secul & Eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 5. cap 8. num. 12. & ſeqq.* & alii plures.

VI. Ex uſu noſtrorum temporum, *Diviſio Comitiorum*, non à modo & formâ habendi, ſed à numero perſonarum, quarum interventu celebrantur, ſumi commodè poteſt, ut ſint *Generalia ſeu Univerſalia: vel particularia: Paurmeiſt. Matth. Steph. Althuſ. dd. loc.* qui tamen generalia vocat *Ordinaria*, particularia, *ExtraOrdinaria, Matth. Wehner. pract. obſerv. verbo* Reichstag / *Bertram. hic th. 9. Daniel Otto d. c. 13. Carpzov. d. tr. de Regal. c 2. th. 39. Brudlach d. l. 7. c. 1. num. 5.* generalia deſcribit *Paurmeiſt. d. c. 2. num. 6.* quod ſint univerſorum principum & Optimatum Imperii conventus. Verum hanc paulò incommodiorem eſſe definitionem, ſcribit *Bertram. d. th. 9.* quippè quod in ea omittatur Cæſar, qui tamen Comitiorum caput ſit & Præſes. Quocirca *Bertram.* definit, quod ſint conventus Ordinum Imperii à Cæſare cum adſenſu Electorum indictus in civitate aliquâ Imperiali, hoc fine primariò, ut Cæſare vel ejus Commiſſario præſente deliberationes habeantur & decre-

*Tributa.*

*Hodierna duplicia.*

ta fiant, ad Reipublicæ dignitatem, Salutem & tranquillitatem pertinentibus: attamen nec hæc placet, in ea enim quod ad οὐσίαν definiti pertineat nihil video. Genus enim, Ordinum Imperii, anguſtius eſt, quam quod Cæſarem complecti poſſit; Et aliud eſt, conventum ab Imperatore indici, eoque vel Legato ejus præſente deliberationes inſtitui, aliud Imperatorem cum Ordinibus Imperii Reipublicæ gerendæ cauſa convenire. Locus item Comitiorum tanquam adjunctum, & cauſa finalis, Dignitas nimirum, Salus & Tranquillitas Reipublicæ, cauſæ externæ cum internis, quales genere & forma continentur, nihil commune habent. Ego ex *Matth. Steph. d. m. 2. n. 12.* Reinkingk *d. c. 8. num. 17. Carpzov. d. th. 39. c. 2. Brudl. d. l. 7. c. 1. num. 6. Vniverſalia, Comitia ea potius eſſe dixerim, ubi Imperator & Reliqui Status Univerſi, ex quibus Imperium Romano-Germanicum conſtitutum eſt, conveniunt.* Nec neceſſe putaverim, Commiſſarium Cæſaris definitioni inſerere: Nam cum is omnia quæ agit, Cæſaris agat in perſona, eumque repræſentando, ejusq; vices ſuſtinendo, perinde eſt ac ſi ipſe Cæſar Comitiis intereſſet, ex regula vulgata, quod quis per alium facit, ipſe feciſſe videtur. *l. 180. ff. de R. I. 6. 72. de R. I. in 6.* Generalia hæc Comitia vocantur, conventus Univerſalis, Senatus Imperiii, Compendium & Epitome ejusdem; Germani κατ' ἐξοχὴν Reichstag / R. A. zu Wormbs *Ann. 1495. tit.* Das ein Reichstag ſoll ein Monat wehren. Zu Regenſpurg *Ann. 1527.* §. Vnd nach dem auff gehaltenem Reichstag. Zu Augſpurg *Ann. 1500. in fin.* ubi aliquoties illud verbum Reichstag/ legitur; zu Trier *Ann. 1512.* §. So haben auff einem gemeinem Reichstag / vel etiam nominant Reichsverſamblung / R. A. zu Speyer. *Ann. 1570. in pr. ibi.* Darneben ſolche vorfallende obligen jhe weilen zu gemeinen Reichs- oder andern Verſamblung gezogen. Zu Regenſpurg *Ann. 1576.* §. Als haben wir ein gemein Reichsverſamblung/ ibidem *Ann. 1582. pr.* Derhalben ein gemeine Reichsverſamblung. Et infinitis locis aliis. Particularia Comitia. *Paurmeiſt. d. l. n. 7.* eumque ſecuti *Schonborn. Matth. Steph. Daniel Otto.* Reinkingk. *Wehner. d. verb.* Reichstag/ definiunt, quibus pars tantum Principum & Optimatum conveniunt. Verùm cum hac definitione Cæſar à conventu Deputatorum & Viſitatorum, aut ejus Commiſſarius excludatur, idque contra expreſſos Receſſus Deputationum, uti

*Vniverſalia.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0008-8

Zu Franckfurt *Ann.* 1571 §. Vnd folgends/ ibi: vnſeren anweſenden Commiſſarien zu eröffnen/ ſo von vnſer wegen/ laut vnſerer Käyſ. jhnen zugefertigten Inſtruction, weitern Befelch hetten/ mit jhnen an ſtat vnſerer vnd deß H. Reichs Churfürſten/ deputirten Fürſten vnd Ständen/ ſich wie herkommen/ zu entſchlieſſen. R. A. zu Augſpurg *Ann.* 1559. §. Nach dem ſich darneben/ ibi: Die Sachen neben vnſern Commiſſarien, nohtwendig zu gemeiner Wolfahrt zu befodern vnd zu berahtſchlagen. ( ex quibus ſanè conſtat Cæſaris Commiſſarios cum Statibus deputatis concludere, atque adeò etiam cum deputatis de propoſitis rebus conſultare) non injuriâ eam repudiamus, & cum *Bertram. hic th.* 10. *Comitia particularia per congregationem certæ ex Corpore Reipublicæ partis ea deſcribimus:* *Particularia.* quæ deſcriptio cuivis conventui particulari ita convenit, ut Cæſar vel ejus Commiſſarii, nec incluſi ſemper, attamen nec præteriti videantur. Cætera ad particularium Comitiorum Jus pertinentia infra commodiori loco proponemus. *arg.* §. *fin. Inſt. per quas perſ. cuiq. acquir.* ubi de Comitiis generalibus, utpotè dignioribus, prius dixerimus, *arg.* §. *fin. Inſt. de I. N. G. & C. l.* 1. *ff. de Alb. Scriben. l. fin. ff. de fid. Inſtrum. l.* 21. §. *final. ff. de Teſtib.*

VII. *Cauſa efficiens* Comitiorum Univerſalium eſt Summus *Imperator.* *Quis indicat Comitia? Imperator.* Cum enim in Comitiis plurimum momenti ſit, ſive ad evertendam, ſive ad mutandam, ſive ad conſervandam Rempublicam, non poſſunt aliis, niſi ſoli Majeſtati tribui, quippè in cujus, tanquam Naucleri manu, non tantum navem, ſed & gubernacula omnia eſſe oportet, totam aliàs navem peſſundatura, ſi contra nutum naucleri huc vel illuc à quovis dirigi poſſint. *D. Arniſæ. de Iurib. Majeſt. c.* 4. *n.* 17. Sic *Romulus*, licet multa aliàs Senatui & populo conceſſiſſet, Majeſtatem redolentia, populum tamen convocandi, Senatumque cogendi poteſtatem, ſibi reſervavit tantùm. *Haliccarn. l.* 2. Et *Deus* ipſe *Moyſi* ſimul dedit Imperium *Iſraëlis*, adjunctis duabus tubis argenteis ad eundem congregandum & movenda caſtra, *Num.* 10. *verſ.* 1. *& ſeqq.* Qui enim ſine harum tubarum ſono confluxerant. *Num.* 20. graviter à *Deo* puniti ſunt. Graviſſimo exemplo ſint nobis *Chorah, & Dathan* ſuis cum complicibus, qui vivi à faucibus terræ abſorpti, quod vocati reſponderent, non veniemus. *Num.* 16. *verſ.* 31. 32. *& ſeqq.* Poſt Moyſen Joſua,

ſua, *Ioſ. cap.* 1. *&* 24. Regesque & Principes usque ad *Machabæorum* tempora (ſiquidem coram *Simone* ſtatuitur, ne cui fas ſit conventum aliquem agere ἄνευ αὐτοῦ *Machab.* 1. *cap.* 14. *verſ.* 44. *&* 45. Jus convocandorum cœtuum uſurparunt, ſicut de *Davide*, 1. *Paral.* 15. *Salomone*, 2. *Paral.* 5. *Aſa*, 2. *Paral.* 34. *Ioſaphato*, 2. *Paral.* 20. *Ioa*, 2 *Paral.* 24. *Ioſia*, 2. *Paral.* 34. *Ezechia*, 2. *Paral.* 29. ipſo *Mardochæo*, *Heſter.* 9. & *Nehemia*, *Nehem.* 7. *&* 13. aliisque patet. Et de populi *Iſraëlis* Comitiis latè agit *Althuſ. polit. cap.* 24. *num.* 41. *& ſeqq. & cap.* 38. *num.* 24. *& ſeqq.* ad quem benevolum Lectorem remitto. Cæterum, ne videamur & modernis rationibus deſtitui, Decreta Impp. noſtra ætate regnantium ſatis ſuperque teſtatum faciunt, ipſis ſolis competere membra Imperii congregare, quæ in *A. B.* ſunt confirmata, ubi hæc formula frequenter legitur. *Hac Edictali lege Imperatoriæ poteſtatis plenitudine perpetuò valitura ſancimus. tit.* 1. *tit.* 2. *tit.* 3. & aliis. Atque hoc eſt, quod non injuria accuſavit *Carolus V. Imperator*, *Principes Germaniæ*, quod in conventu *Norimbergenſi Ann.* 1524. Decretum ſine authoritate Imperatoris feciſſent, & novum conventum *Spiram* inſcio Imper. indixiſſent. *Sleid. l.* 24. nec non & illud ex eodem fonte promanat, quod videre paſſim eſt apud *Dd. Ius Comitiorum inter Majeſtatis jura referri*, *D. Arniſæ. de jur. Majeſt. cap.* 2. *num.* 3. *& cap.* 4. *num.* 16 *& ſeqq. Camman. de jurib. Majeſt. Diſputat.* 6. *theſ.* 28. *Bornit. de Majeſt. cap.* 26. *D. Beſold. l.* 1 *polit. cap.* 4. *num.* 30. *Borti. de Majeſt. cap.* 3. *theſ.* 21. *Carpzov. de Capitul. Cæſar. cap.* 5. *princ. & de Regal. theſ.* 39. *cap.* 2. neque alia de cauſa jure Comitiorum apud *Venetos* nullum *ſanctius* atque *antiquius* habetur, quam quod in eo maxima Imperii *Majeſtas* atque Dignitas, eluceat, *Arnold. Clapm. de Arcan. Rerumpubl. lib.* 1. *cap.* 14. Soli itaque *Imperatori*, cum Romano Germanici Imperii *caput ſit*, *A. B. tit.* 2. ubi *Archiepiſc. Moguntin.* ante Electionem Regis Roman. ſic jurat, Jch N. Ertzbiſchoff zu Maintz ſchwere &c. Daß Jch will erwehlen ein weltlich Häupt dem Chriſtlichem Volck / das iſt einen Römiſchen König zu einem Käyſ. zu erheben / & §. ſeq. ibi: Es haben dann zuvor der mehrer theil / ein weltlich Haupt / der Welt / vnd Chriſtlichem Volck erwehlet. Hoc etiam uſurpat *Maximilianus II.* in R. A. zu Regenſpurg *Ann.* 1566. §. Wir wollen auch / ibi: Wie wir dann

*Ius Comitiorum refertur ad jura Majeſtatis.*

*Quia Caput eſt Imperii.*

als

als Röm. Käyſ. vnd das Oberhaupt im H. Reich. R. A. *Ann.* 1530. §. Nach erledigten / ibi, Haben wir als ein wachendes Haupt deß Röm. Käyſerthumbs / & §. Dergleichen wir : ibi, Als Röm. Käyſ. vnd Haupt / R. A. *Ann.* 1545. §. Alſo vnd dermaſſen / ibi. Das wir als das Haupt / qui & Oberſtes Haupt der Chriſtenheit vocatur in R. A. zu Augſpurg *Anno* 1530. §. Nach dem aber vns / als Römiſch. Käyſer vnd Oberſten Vogt der Chriſtenheit &c. R. A. zu Speyer *Anno* 1529. §. Vnd anfänglich &c. ibi, Das Jhr Käyſ. May. als ein Oberſtes Haupt vnd Vogt der Chriſtenheit &c. R. A. zu Augſpurg *Anno* 1518. *pr.* Als erwöhlter Röm. Käyſer / Vogt vnd Schirmer der Chriſtenheit &c. (cur autem Princeps comparetur capiti vid. *Plutarch. in lib. de doctr. princip. & Anton. Guevar. lib.* 1. *Horol. Princ. cap.* 36.) Jus indicendi Comitia Univerſalia competit, quod à primis quoque temporibus huc usque *Cæſares* ſarctum tectumque ſibi conſervarunt, nec Statibus Imperii communicarunt, utcunque enim non infimæ notæ jura Statibus Imperii attributa concedam, utcunque etiam Imperatoris poteſtatem reſtringi patiar, cogendi tamen Comitia facultatem, ſeu infallibilem *Majeſtatis* ſequelam *D. Arniſæ. d. cap.* 4. *num* 16. *de jurib. Majeſt. lib.* 2. *num.* 16. Soli ſibi reſervarunt. Attamen limitatum hoc Jus Imperatorium ab Electoribus aliquomodo ac reſtrictum reperitur, ut Imp. quidem habendorum Comitiorum ac Principes & Ordines convocandi jure potiatur, ſed non niſi authoritate, conſenſu & approbationem Electorum, unde & in capitulatione Imp. promittit, quod abſque ſcitu & voluntate *Sex-virorum* ad id requiſita, Comitiales conventus indicere nolit, *Sleid. lib.* 1. *pag.* 29. *Goldaſt. in capitul. Impp. tom.* 3. *conſtitut. Imperial. pag.* 133. & 154. *Althuſ. cap.* 19. *polit. num.* 29. *Carpzov. de capitul. Cæſar. cap.* 5. *num.* 2. *Daniel Otto. de Iur. publ. c.* 12. Et hoc strictè Impp. obſervare apparet partim ex *Receßibus Imperii*, R. A. zu Regenſpurg. *Anno* 1576. §. Als haben wir mit raht vnd beliebung obgemelter vnſerer / vnnd deß Heiligen Reichs Churfürſten / nicht vmbgehen mögen / eine gemeine Reichsverſamblung auß zuſchreiben. Zu Augſpurg *Anno* 1582. §. Derhalben / ibi, Haben wir auff gut achten / vnd raht vnſerer vnd deß Heiligen Reichs Churfürſten / eine gemeine Reichsverſamblung außſchreiben laſſen / Zu Regenſpurg *Anno* 1598. §. Als

*Cur Imp. comparetur capiti, remißivè.*

*At cum cōſenſu Electorum.*

*Uti in capitulatione promittit.*

*Idq; probatur multipliciter 1. ex Receſſib. Imperij*

aber darzwiſchen. ibi: derhalben wir dann dieſen Reichstag mit vorwiſſen vnd bewilligung gedachter Churfürſten anhero außſchreiben vnd ankündigen laſſen / R. A. zu Speyer *Ann.* 1570. §. Als haben wir nicht vmbgehen mögen / eine gemeine Reichsverſamblung nach vorgehabtem Raht vnd gutachten vnſerer vnd deß H. R. Churfürſten. & quis omnia loca huic pagellæ inſerere poterit? partim ex tenore *Epiſtolarum Cæſarearum*, quibus ad Comitia vocantur Ordines Imperii, vulgò dem Außſchreiben zum Reichstage / quibus hæc clauſula inſeri ſolet; Wann dann ſampt vns / vnd deß H. R. Churfürſten / nach reiffer ſtatlicher Erwegung / vnvermeidelich vnd vnvmbgänglich zu ſein befunden / einen allgemeinen Reichstag anzuſtellen / darzu vns wolermelte Churfürſten einhellig jhren conſens dem herkommen gemeß / vnter jhr Liebden Handtſchrifft vnd Siegln gegeben / die beſtimmung deß Tages heimgeſetzet / vnd als viel die Mahlſtat betrifft / jhnnen vnſer / vnd deß H. R Statt N. vmb erheblicher Vrſachen willen / gefallen laſſen / *Paurmeiſt. d. c. 2. n. 19. Matth. Steph. m. 2. n. 12. Schonborn. d. c. 33. l 4. polit. Althuſ d. c. 33. n. 5. & 48. D. Arniſæ d. tr. l. 1. c. 6. n. 11. & lib. 2. c. 2. n. 3. Buxtorff. ad A. B. concluſ. 6 per tot. D. Cluten. in Syll. rer. quotid. concluſ. 21. lit. B. Anton. Coler. de Iure Imp. German. ſect. 18. Wehner in Obſ pract verb.* Reichstag / *Quirin. Cubach. in Iurisp. German publ. c 2. n. 7 8. 9. & 10.* Reinkingk *d tr. de Regim ſecul. & Eccleſiaſt. l. 1. claſſ. 2. c. 2. num 103.* & multis ſeqq *& claſſ. 5. c 8. n. 37. Chriſtoph. Beindorff. apud Arumæ. diſcurſ. Acad. 7. th. 72. vol 3. Carpzov. de Regal. th. 39. & de Capitul. Cæſar. c. 5. n. 2.* his addatur *Author* deß außführlichen Berichts / wie es auff Reichstagen pfleget gehalten zu werden / hic ſtatim in princ. inquit, Ob auch wol ein Röm. Käyſer vor alters auß fürfallenden wichtigen Reichsgeſchefften einen Reichstag für ſich ſelbſten außgeſchrieben / vnd darauff Churfürſten / Fürſten vnnd Stände erfordert / ſo iſt jetzo in der capitulation vnd pactis, darauff ein jeder Käyſer nach ſeiner Wahl ſchwören muß / vnter andern verſehen / das ſolches mit wiſſen vnd rhat der Churfürſten beſchehen ſoll. Idque humanum eſt, & ad Imperii beatitudinem atque Imperatoris gloriam redundat, ut quod formam generalem & antiquis legibus non inſertam, expoſcit, à Proceribus Sacri Palatii glorioſiſſimoque Senatu prius tractetur; ut horum conſenſus Imperatoriæ

*2. Ex tenore Epiſtolarum Cæſarearum.*

*3. Auctoritate Dd. & Politicorũ.*

Serenitatis

Serenitatis authoritate firmetur, atteſtantibus *Theod. & Valent. A. A. in l. 8. C. de ll.* ſic inde à primâ origine urbis Romæ, *Romulus* cæterique Reges Romani, Comitia habuerunt, in quibus de ſummis Reip. negotiis non ſoli, ſed cum *S. P. Q. R.* conſultarunt, ſic ut *A. Gell.* affirmet, eâ diligentiâ Romanos Principes fuiſſe uſos, ut ſuffragiis dicendis Senatus crearint, qui primo ſententiam rogati dicerent, *lib. 4. c. 10. & lib. 14. c. 17.* quâ de re pluribus agit *Walter. 2. Miſcell. cap. 29.* & item *Hegi. dicit:* Eam apud Romanos fuiſſe Imperii formam, quod non omnia Impp. per ſe expedierint, ſed pleraque & graviora, ex Conſilio Senatus egerint, cujus tum & poſt per magna poteſtas fuerit, *p. 1. quæſt. 2. num. 17.* Idem feciſſe *Lacedæmonios*, cum Regibus ſuis adjunxerunt *Ephoros*, teſtatur *Alb. in famil. Wittikind. fol. 18.* & adhuc fieri in HISPANIA, *Petr. Bellug. in Specul. princip. Rubr. 2. num. 2.* ANGLIA, *Ioh. Caſ. 3. polit cap. 5.* SCOTIA, *Buchan. de jurib. Regn. apud Scot. D. Arniſæ. cap. 18 polit. lect.* GALLIA, *Hottom. de antiq. Gall. jur. c. 23. Bodin. 1. de Rep. cap. 8. Steph. Iun. de jur. Magiſt. in ſubdit. quæſt. 6.* & POLONIA, *Iacob Thuan. lib. 56. Hiſtor. de Ann. 1573. pag. 129. Cramer lib. 2. Hiſtor. Polonic.* narrant; & de his omnibus teſtatur *Althuſ. d. cap. 33. polit. Buxtorff. ad A. B. concluſ. 6. lit. G. Lupin. de Magiſt. Franc.* in loco de Statibus *Coler. d. Sect. 18.* ac antiquiſſimo Imperii more, Impp. ll. generales vel ardui quid conſtituere volentes, id non per ſe ſolos, ſed in præſentia & cum conſilio Ordinum Imperii feciſſe, præter præfat. *A. B. in fine & tit. 12. in fin. in verb.* mit einmütigem willen. demonſtrat *d. l. 8. & tit. 51.* ibi. *habito ergo conſilio, Epiſcoporum, Ducum, Marchionum & Comitum, ſimul etiam & Palatinorum Iudicum & aliorum Procerum 2. feud.* ac licet in fine *d. A. B. præfat. & in tit. 3. ac tit. 12.* uti & *in reformat. Frid. III. de Ann. 1442. Ordinat. Cameræ & Conſtitutio. de pace Maximiliani I. Ann. 1495. & d. tit. 55.* conſilii tantùm mentio fiat; noviſſimis tamen Imperii conſtitutionibus conſenſus additur, ut in R. A. *de Ann. 1500. in pr. & cap. 1.* Haben wir mit zeitigem Raht vnnd Willen auch zugeben vnd annehmen der vor genandten Churfürſten &c. & R. A. zu Thrier vnd Cölln *de Ann. 1512. in pr.* So haben wir vnd die Churfürſten mit vns gegen vnd mit einander vereiniget/verpflicht vnd vertragen. & R. A. zu Wormbs *de Ann. 1521. in pr.* ibi:

4. *Ex obſervatione veterum Reg. & Impp.*

5. *Exemplis aliorũ Regnorum*

Vnd haben mit einmütigem zeitigem Raht der Hoch- vnd Ehrwürdigen Churfürſten &c. ſemperque ferè hæc clauſula Receſſibus Imperii adjicitur circa finem, haben wir vns mit den Ständen / vnd ſie hinwiderumb mit vns vergliechen / R. A. zu Freyburg *de Anno* 1497. R. A. zu Speyer. *Anno* 1526. *de Anno* 1529. zu Augſpurg *Anno* 1548. item *Anno* 1551. *Anno* 1555. *Anno* 1559. *Ann.* 1566. *Ann.* 1570. *Anno* 1576. *Anno* 1582. R. A. zu Regenſpurg *Anno* 1594. *Anno* 1598. *Anno* 1603. item Wir bekennen das alle vnd jede obgeſchriebene Artickul / mit vnſerm guten wiſſen / willen vnd rhat vorgenommen vnd beſchloſſen ſein / Reformat. guter Policey §. *final.* A*nno.* 1530. R. A. *de* A*nno* 1542. §. Vnd wir Churfürſten Reformat. guter Policey *de Anno* 1548. §. Vnd das alle Conſtit. Relig. A*nn.* 1555. R. A. A*nn.* 1566. Ac ſanè ardua ipſumq; ſtatum Reip. Roman. concernentia, ſine procerum conſilio Ordinumq; conſenſu fieri nec poſſunt nec debent,

*6. à ratione.*

*Bald. in l. placet. n.* 2. per illum text. & ibi *Iaſon. n.* 9. *&* 11. *C. de S. S. Eccleſ.* A*ndr. Knich. de Saxon. non provo. jure. verbo Electorum c. 5. n. 83. Pruckm. in §. ſoluta poteſtas. m. 1. effect. 3. n. 7. Matth. Steph. de Iuriſd. l. 3. c. 5. n. 14. Althuſ. c. 14. polit. pag. 143. & ſeq. D. Hennig. Arniſæ. c. 11. lect. polit. Sichard. conſil. Feudal. 6. n. 13. Cravett. conſil. 404. n. 31. Franc. Marc. deciſ. 1295. in fin. p. 1. Cornel. Benicaſ. in tr. de conſtit. q. 7.* per totum, A*nt. Del Re Tiburt. de juram. calum. c. 28. n. 8.* Quid igitur mirũ, ſi à Germanis idem hoc tempore fiat, qui majore libertate ſemper ſunt uſi? Dann nichtdeſto weniger / haben ſie die Hoheit deß Käyſerthumbs / biß auff dieſe Stunde an ſich behalten / vnd iſt die Gewalt vnd Stärcke der Teutſchen Nation bißhero dennoch immerzu ſo groß angeſehen vnd befürchtet geweſen / daß ſich keine frembde Nation daran reiben dorffen / noch jhnen ſolche præeminentz entziehen mögen. Daneben haben die Teutſchen je vnd alle wege vnter jhren Käyſern / jhre alte teutſche Freyheit dermaſſen herbracht vnnd erhalten / das ſie jhnen nicht eingreiffen können / beſonder iſt das Käyſ. Regiment alle wege alſo angeſtellet geweſen / daß es menniglich bey ſeinen Freyheiten / Rechten vnd herkommen bleiben laſſen / ſchützen vnd handhaben / vnnd in fürfallenden wichtigen Sachen / mit vorwiſſen vnd zuthun der Churfürſten / handlen vnd ſchlieſſen ſollen. Ut ad ipſum Imperatorem *Maximilianum II.* hæc verba reſcripſit, *Lazarus* von Schwendi / in ſeinem Bedencken

an

an Jhr. Käyſ. May. von Regierung deß H. Röm. R. vnd freyſtel-lung der Religion, §. 12. *fol. (mihi) 122.*

VIII. Indicit autem Imperator Comitia aliquando *motu proprio*, urgente tamen utilitate publicâ; aliquando verò ad devotam *Statuum ac Ordinum* Imperii *ſupplicationem & inſtantiam* R. A. zu Regenſpurg. *Anno* 1541. §. Darzu haben wir auff der Churfürſten vnd Fürſten/ vnd der abweſeden Bottſchafften vnterthänigſte Bitt/ an vns in Schrifften gelangt/ auch mit zeitigem raht vnd deß H. R. Ständen einen gemeinen Reichstag anhero außgeſchrieben/ R. A. zu Augſpurg *Anno* 1555. §. Vnd ſo abermals. ibi, Vnd da es auff anzeygen vnd gutachten der Churfürſten die Nohturfft erfordern ſolte/ ohn allen verzug eine gemeine Reichsverſamblung haben vorzunemmen vnd außzuſchreiben/ circa prius exoritur quæſtio haud levis; Quod cum *EE.* cauſas ad Comitia cogenda cognoſcunt ſufficientes, ſuum Imperatori conſenſum haud difficulter accommodent; ita ſi aliter eis ob cauſas fortè urgentes ac graves viſum fuerit, eundem denegent, *An is adeò ſit neceſſarius, ut ſi Imperator eo recuſato, vel non requiſito, aut non impetrato Comitia indicat, actus ſit ipſo jure nullus?* Modo ex jure privato Doctorumque ſcriptis quæſtionem tam ſublimem decidere fas ſit, in partem affirmantem magis propendeo; quia quotiescunque forma data, vel ab homine, vel à lege, non ſervatur, actus, vel diſpoſitio, ipſo jure corruit, ac redditur nulla, *l. 8. §. 17. ff. de Transact. c. 42. ext. de Elect. can. 52. cauſ. 12. quæſt. 2. cap. 1. de Reb. Eccleſ. non alien. in 6. c. 37. ext. de Offic. de leg. & ibi Panormit. in 4. notabili. cap. 21. eod. Brunus in tr. de formalib. & ſolemnit. Cephal. conſil. 582. num. 31. l. 4. & conſil. 49. num. 61. Riminald. Iun. conſil. 276. n. 11. & n. 115. lib. 3. Ioh. Botta conſil. 58. n. 6. Burſatus conſil. 324. n. 6. l. 3. Sebaſt. Medic. in tr. de Reg. c. 7. num. 3. Roman. conſil. 236. n. 8.* quod autem nullum eſt nullum parit effectum *l. 5. C. de ll. l. 7. §. 2. ff. de bonor. poſſ. cont. tabul. Socin. conſil. 115. num. 15. vol. 4. Surd. deciſ. 268. n. 8. & ſeqq. Gamma. deciſ. 126. n. 2. & ſeqq.* paria enim ſunt, non fieri aliquid, vel nō legitimo modo fieri *l. 1. §. 1. ff. quod cujuscūq; univerſ. nom. l. 6. ff. qui ſatisd. cogunt. l. 2. ff. de auth. tut. l. 112. ff. de R. I. Tiraquel. in tr. de Retract. fol. 231. n. 8. Bertrand. conſi. 147. n. 2. Becc. conſil. 12. n. 8. & 19. Faber. Turret. conſil. 47. n. 1. Iaſ. in l. univerſis. n. 3. &*

*Comitia indicit Imp. aut motu proprio; aut ad ſtatuū ſupplicationem.*

*Quæſt. 1. An Comitia citra conſenſum EE. indicta ſint ipſo jure nulla? Aff.*

in

*in Auth. ſeq n. 5. de precib. Imper. offerend. Everhard. in loc. legal. in loc. à defect form. num 2. Tiber. Decian. conſ. 46. num. 2. vol. 2. Menoch. conſil. 100. num 117. Gail. 1. obſerv. 21 num. 12.* At EE. conſenſum in Comitiorum indictione veluti formā requiri, & ad eſſentiam ejus conſtituendam neceſſarium eſſe, vel inde conſtat: pro forma enim aliquid adjectum intelligitur, ubi certus agendi modus præſcriptus; *Cavalcan. deciſ* 10. *num. 9. Virg. Bocca. in Conſtitut. March. gloſſ. 6. num.* 117. vel præceptionis verbum, debere, adjectum eſt, *Riminald. Iun. conſil. 8. num. 217. vol. 1. Horat. Carpan. Statuto Mediolan. p. 1. in prælud. num. 165.* Utrumque autem in Capitulatione, *Caroli V. & Ferdinandi* adjectum fuiſſe th. præcedenti ex *Sleid.* & aliis demonſtratum; quibus adde *Paurmeiſt. d. l. 2. c. 2. num. 19. Matth. Steph. d. l. 2. p. 1. cap. 1. m. 2. num.* 12. Quam cum Imperator jurisjurandi religione confirmet, *Waremund. ab* Erenb. *de fœder. l. 2. cap. 1. n.* 106. *Flor. à Vennig. conſ. 16. num. 31. inter conſilia Claud. Catiun. Author. Anonym. de Statu polit. ſeu Civil. l. 4. diſcurſ.* 10. *Iuli. Pflug. in Orat. de Rep. Roman. curand. Carpzov. de Capitul. Cæſar. cap. 1. num.* 19. & quidem hiſce formalibus; Solches alles vnd jedes beſonder / wie obſtehet / haben wir obgenanter Röm. König den gedachten Churfürſten geredet / verſprochen vnnd bey vnſern Königlichen Ehren / Würden vnd Werden / im Namen der Warheit zugeſagt / thun daſſelbe auch hiemit / vnd in Krafft dieſes Brieffs / In maſſen wir dann das mit einem leiblichen Eyde zu Gott vnd dem Heiligen Evangelio geſchworen / daſſelbe ſtet / feſt / vnverbrochen zu halten / dem trewlich nachzukommen / darwider nicht zu ſein / zu thun / noch zu ſchaffen / gethan werden / in einige weiſe oder wege / wie die möchten erdacht werden / deſſen zu vrkund / haben wir dieſer Brieffe ſieben (pro numero ſcil. EE. tempore cujusque Electionis,) in gleichen laut gefertiget / vnd mit vnſern anhengenden Inſiegel beſiegelt / vnd jedem obgenandten Churfürſten / einen zuſtellen laſſen / *Goldaſt. in polit. Imp. part. 12. ſub Ann. 1575. p. 2. ſub Ann 1519. 1520. p 5. Ann 1562. Sleid. lib. 1 pag. 28. Iuli. Pflug. d. orat. Georg Sabin. in Hiſtor. de Elect. & Coronat. Caroli V. Hartm. Maur. de eâdem Coronat. apud Goldaſt. in polit. Imp. p. 2. p 270. Adam. & Nicol. Heiden. Simon. Schrader. de Elect. & coronat Maximil. II. Caſpar Ens in lib. de Elect. & Inaugurat. Reg. Rom. c. 4. Frid.* Hortleder.

*Imperator confirmat capitulationem juramento.*

*Iuramenti formula quam obſervat Imp. jurādo in capitulationē.*

de

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0016-3

*de Capulat. Regia apud Goldaſt. p.* 82. *Henning Göden. de Elect. Reg. Rom. conſil.* 8. *num.* 3. *Arniſæ. de jurib. Majeſt. lib.* 1. *cap.* 6. *Illuſtriſſ. Dux Saxoniæ Frid. Achill. in Orat. de Capitul. Cæſar. Buxtorff. ad A. B. concluſ.* 7. *lit. H.* neceſſario ſequitur, ſi citra conſenſum E E. Comitia indicit, Eum contra *leges Imperij juratas* delinquere, *quibus tamen contrarii quidquam ſtatuere, aut circa eas diſpenſare ſolus*, ut & alius quivis Magiſtratus ſuperior, *Statibus Imperij inconſultis*, omninò *prohibetur. Petr. Bellug. in ſpec. princip. Rubr.* 7. *n.* 4. *& ſeqq. & ibi Camill. Borell. in add t. verb. conſtitutionem juratam, alleg. ad hoc gl. ſingul. in c. cum non deceat. in fin. per illum text. de Elect. in* 6. *Philip. Dec. in c. conſtitutus. n.* 4. *de reſcript. Hieron. Grat. conſil.* 41. *n.* 21. *vol.* 1. *Roland. à Vall. conſil.* 62. *n.* 5. *vol.* 2. *& Burſat. conſil.* 78. *n.* 18. *Cacheran. conſil.* 63. *num.* 40. Quamvis interim non ignorem, complures reperiri, qui abblandiendo ſcribant *Impp. Reges, Pontifices*, & alios *Magiſtratus Superiores*, ad harum Imperatoriæ, Regiæ, &c. poteſtatis plenitudinem, non nihil reſtringentium, inque Imperiorum vel Regnorum, in principio initarum pactionum & Capitulationum obſervantiam, non teneri, uti de facto & *Pauli III. Pontificis* Capitulatione, reſponderunt, *Alex. conſil.* 224. per totum. *vol.* 6. *& Andr. Barbat. conſil.* 1. *lib.* 1. per tot. & probarunt *Felin. in cap.* 1. *num.* 7. *de Probat. Card. Alban. de Poteſtate Papæ p.* 2. *num.* 127. *latè Iacobat. lib.* 1. *artic.* 5. *per to. Franciſc. Marc. deciſ.* 934. *in fin. p.* 1. *Alex. Raudens. deciſ.* 33. *num.* 27. *per cap.* 3. *§. penult. de Elect. in* 6. *Ioh. Lupo de Plat. in Rubr. c. per veſtras. de donat. int. vir & vx. Rubr.* 81. *num.* 7. *&* 8. ubi verſatur in promiſſionibus quas *Ferdinandus & Iſabella* in Regni ſui principio fecerant, *Aeviz. in ſylv. nupt. l.* 6. *num.* 55. quem allegat & ſequitur *Parlador. rer. quotid. l.* 2. *c. fin. §.* 7. *num.* 4. *Petr. de Poteſtate princip. cap.* 32. *num.* 268. *pag.* 567. *Gramm. conſil.* 218. *num.* 17. & ita in ipſis terminis terminantibus latè reſpondit, *Flor. à Vennig. d. conſil.* 16. *num.* 167. *& ſeq.* loquens de Capitulatione *Carol. V.* Et hanc ſententiam, EE. Sc. conſenſum præcisè ad indictionem Comitiorum deſiderari, amplectuntur *Carpzov. de Capitul. Cæſar. cap.* 5. *num.* 4. *Daniel Otto d. tract. de jure publ. c.* 13. *fol.* 330. *Bertr. tr. hic th.* 18. Ex hujus quæſtionis deciſione, deſcendit & illius reſolutio, *Num in translatione æque; ut in Comitiorum indictione, ab uno loco ad a*lium,

*Quæſt.* 2. *An Imp. Rex, Princeps vel alius Magiſtratus ſuperior, propria authoritate, contrarium Capitulationi, in quam juravit, ſtatuere poſſit? Neg.*

*Diſſent.*

*Qu.* 3. *An in translatione Comitiorum EE. conſenſu opus ſit? Aff.*

C

lium,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0017-8

*tium, novo EE. conſenſu ac Authoritate opus ſit?* Ac quamvis prima fronte id videatur negandum, quia certum ſit, conſenſum, ad quemvis appendicem rei cui datus eſt, exſecutionemque, jure porrigi, *Burſat. conſil.* 28. *num.* 18. *latius conſil.* 30. *num.* 26. & 29. *Amed. de Pont. tr. de Laude. quæſt.* 37. *col.* 3. & 4. *Surd. deciſ.* 220. *n.* 48. & 53. ubi plures adducit: tamẽ contrariũ ſtatuendum; cum enim ſemel conſenſu EE. certus ſit Comitiorum locus determinatus, alio loco ſi Ordines Imp. igitur conveniant, conſenſui EE. hoc repugnare, manifeſtum eſt, *arg. l.* 1. *pr. l. pen. & tot. tit. ff. & C. de eo quod cert. loc. l.* 16. §. 1. *ff. de Fidejuſſor. l.* 122. *pr. ff. de V. O. l.* 8. *l.* 9. *C. de Solution.* §. 33. *verſ. loco. Inſt. de Actionib.* Idem & de Re-

*Quæſt. 4. An in reaſſumptione Comitiorũ EE. conſenſu opus ſit? Aff.*

*aſſumptione* Comitiorum habendum, Cæſarem enim, hic, quicquid ſtatuit cum conſilio & approbatione EE. ſtatuere oportere exiſtimat *Bertr. tr. hic. th.* 18. eumque ſecutus *Carpzov. d. c.* 5. *n.* 3. ad hanc ſuam ſententiam ſtabiliendam reſponſum *Cæſaris Rudolphi II.* ad Principum *Septem-virorum Norimbergæ* congregatorum Legatos, ſub dato *Pragæ* 25. *Novembr. Anno* 1611. proferens, quod inter alia his verbis conceptum: Zu ſolchem ende wehre ſie auch denen nach Nürenberg verordneten Käyſ. Commiſſarien Befelch zugeben im Werck geweſen/ daß bey dieſer der Churfürſten Collegial verſamblung / die Occaſion nicht verſäumet / ſondern entweder zu außſchreibung eines newen Reichstages der Conſens dem herkommen nach erlanget / oder da ſie die Churfürſten es für gut anſehen würden/ der jüngſt verſchobene wider Reaſſumiret werden möchte.

*Quæſt. 5. An ſufficiat, ſi major pars EE. conſentiat ad indicenda Comitia? Neg.*

*Q. 6. An EE. poteſtas Eligẽdi Imp competat ut ſingulis, an verò ut univerſis. Poſter. aff.*

IX. Verum cum teſte *Philoſopho lib.* 3. *polit. c.* 3. à pluribus ut ſingulis, an ut univerſis quid fiat, multum interſit, Alia hic suboritur quæſtio, Num *EE.* ὡς ἕκαστοι, an ὡς σύμπαντες *h. e. pro Collegio*, cõſentiant? cujus rei differentia in eo vertitur, quod ſi illud, ſingulorum conſenſum præſtari oporteat, ſi hoc, majoris partis ſcitum cõcors, ſufficiat. *Ioh. Petr. Surd. cõſil.* 65. *n.* 17. *Bodin.* 3. *de Rep. c.* 7. *pag.* 524. Deinde quod hoc caſu EE. conſenſum in ipſo Collegio fieri conveniat, in illo ſeorſim præſtare ſatis ſit, *Bod. d. loc. pag.* 525. *Ioh. Dauth. de Teſtam. n.* 300. *pag.* 247. & *ſeq.* ubi allegatos vide plures. Quemadmodum EE. competit eligendi poteſtas, non ut ſingulis, ſed uti Collegio, *tit.* 4. §. 2. ibi: vnd wann ſie alle/ oder die da wollen an die ſtatt vnd zeit/ da die Wahl geſchehen ſoll/ zuſamen kommen. *tit.* 2. §. Vnd wann die Churfürſten/ ibi: es haben dann zuvor der mehrertheil/ ein

weltlich

weltlich Haupt/der Welt vnd Chriſtlichen Volck erwehlet. §. Wann aber ſie/oder jhrer mehrertheil/der einen alſo erwehlet/ ſo ſoll man ſolche Wahl dafür halten vnd ſchetzen/als ob die von jhnen allen (durch niemands mißhellig) einmütiglich vollenbracht worden/ *A.B. Car. IV.* Jam verò ſi Electio Imperatoris pertineret ad *EE.* uti ſingulos, ſequeretur majoris partis conſenſum non ſufficere. Nam in illis cauſis, quæ ad plures uti ſingulos ſpectant, non ſufficit majoris partis adſenſus, ſed omnium requiritur. per *l. 11. ff. de S. R. P. Surd. conſil. 65. n. 17. Sigiſm. Loffred. conſil. 51. Marc. deciſ. 465. n. 1. & deciſ. 889. n. 1. p. 2. Alex. Raud. deciſ. Piſan. 2. n. 127. Vinc. de Franch. deciſ 2. n. 4.* Atque ita ſentiunt *Cardin Zabarell. in c. venerabilem. n. 8. Ext. de Elect. & conſil. 143. Alvarott. in c. 1. n. 9. verſ. forma autem electis tit. quis dicatur Dux &c. Alphon. Villagal. tr. de reb. Eccleſ. non ritè alienat. recuperand. l. 1. c. 84. n. 8. Bertach. in Repertor. verb. Electionarij Imper. Covarr. pract. q. 1. n. 4. Petr. de Andl. l. 2. de Imp. Rom. c. 3. pag. 685.* & ibi in notis *Marq. Freher. Speculat. in tit. de Reſcrip. præſent. §. ult.* & ibi *Ioh. Andr. in addit. verb. electione. Caſtald. de Imp. q. 11. n. 8. & quæ 15. n. 17. Fulvi Pacia. de probat. l. 2. c. 35. n. 30. Georg. Everh. conſil. 4. n. 62. vol. 1. Schrad. de Feud. p. 9. c. 7. n. 159. & p. 10. ſect. 10. n. 85. Card. Tuſc. in verb. collegiũ cõcl. 453. Simon. Piſtor. conſil. 1. vol. 1. n. 9. Paurm. l. 2. c. 2. n. 103. de Iuriſd. Matt. Steph. l. 2. p. 1. c. 5. n. 31.* & multis ſeqq. *Gæden. conſil. 1. in pr. & in tr. de Elect. Reg. Rom. tit. 1. n. 7. Pariſ. conſil. 27. n. 16. vol. 4. Lupold. de* Babenb. *tr. de jure Imp. c. 6. pag. 43. Ioh. le Cir de primogenit. l. 2. q. 12. n. 33. Buxt. ad A. B. concl. 35. lit. B. Caſp. Koch. de Regal. dignit. th. 189. Henr. Bruning. de var. Univerſit. ſpecieb. concl. 10. lit. A. Schonb. l. 5. polit. c. 33.* & plures *Neoterici* qui hos catervatim ſequuntur. Ac licet Electionem *Ludovici Bavari* ſeparatim peractam legamus apud *M. Alban. in Chron. de An. 1314.* nec *A. B.* expreſſe requirat: tamẽ cum non ſolũ ad omnium actuũ, ad plures ut Collegiũ ſpectantiũ, *arg. l. 2. C. de Decurion. l. 4. ff. quod cuius. Univerſ. nom. Loſæ. de jure Univerſ. p. 1. c. 3. n. 82. Cavall. in Specul. comm. opin. cont. com. q. 476.* ſed & etiã, in ſpecie ad Electionis ſubſtantiã requiratur, ut Collegialiter fiat, nec particularia diverſis in locis præſtita ſufficiant ſuffragia *dd. ll. c. 6. 42. & 55. ext. de Elect. Purpur. conſil. 594. n. 9. Pariſ. d. conſil. 27. n. 16. l. 4. Marc. deciſ. 194. n. 2. pr. 1. Anton. Faber. in Cod. l. 1. tit. 3. defin. 42. & tit. 7. defin. 2.* Ideo & hanc Electionem Collegialiter faciendam exiſtimem, per d. text. notabilem in *d. tit. 4. A. B.* ac veluti conſules civitatum, *Deci. in c. prudent. in pr. n. 7. extr. de offic. deleg. Dd. in l. 10. ff. de Pact.* Mer-

catorum primores, *Alex. in l. Pomponius. 36. ff. de Re jud. Benevent. Strach. de Mercat. tit. quom. in cauſ. mercat. proced. p. 2. num. 2.* pares Curiæ. *Schrad. de feud. p. 10. ſect. 10. num. 87.* ac omnes illi quibus Jurisdictio collectim tributa eſt, ut Univerſi, non ut ſinguli Jus dicunt. *Vant. de nullit. ex defect. Iurisd. Ordinar. num. 175.* ſic etiam in Comitiorum Univerſalium indictione, conſenſum EE. collegialiter conſiderari, dicendum videtur. Cui accedit, quod cum EE. vice & authoritate omnium Statuum Comitiorum indictioni conſentire videantur, habenda itaque eorum adprobatio ſit, ac ſi Statuum omnium ea eſſet, *Lupold. de* Babenb. *d. c. 6.* Jam ſicut id quod à Statibus fit, non ut à ſingulis, ſed ut Univerſis fieri dicitur, *Idem ibidem.* Ita *EE.* conſenſum eodem modo præſtandum, dicendum eſſe videtur; ad quam ſententiam confirmandam apprimè facit locus in der letzten Churfürſten Brüderlichen *Vnion de Ann. 1521.* Ob es antreffe beſtättigung oder bewilligung zu einigen Sachen zugeben/&c. darinnen ſollen wir oder vnſer einiger nicht endtlich antwort geben/ noch einigerley Beſchlieſſung thun/ wir thun es dann alle ſämptlich / mit einander oder mehrer theil. Sed his non obſtantibus, conſenſum *EE.* hac in re *ſeorſim* accommodari *uſus* obſervat, ac quotidiana teſtatur *experientia*, atteſtantibus *Carpzov. d. cap. 5. num. 6. de Capitul. Cæſar. Bertr. d. tr. hic th. 19.* Maximè cum Imperator cauſas de quibus Comitia habenda, ſingulis EE. non EE. collegio, ſignificet. Sic enim ſcribit *Author* deß außführlichen Berichts/ wie es auff Reichstagen pfleget gehalten zu werden: Wann nun ſolche Geſcheffte im Reich vorfallen / das von nöhten einen Reichstag außzuſchreiben/ ſo pfleget die Röm. Käyſ. Mayt. ſolches zuvor einen jedern inſonderheit/ durch Schrifften vnd Schickungen zuvermeldē/vnd ſich mit jhnē der zeit auch etwa der Wahlſtatt zuvergleichen. Hanc quoque poſteriorem opinionem ut amplectar, publica ſuadet utilitas; ne ſc. *EE.* collegialiter convenire, ac de Comitiis indicendis Comitia agere neceſſe habeant. *arg. l. 39. §. 1. C. de Appell.* *Verum quonam tempore EE. eo jure uti cæperint, ut ad indicenda Comitia, ab Imp. conſenſus eorum requirendus ſit, dubitationis voto haud quaquam caret.* Equidem *Bodin. d. l. 2. de Rep. cap. 6.* ſe neminem, qui, quando id contigerit, literis ſuis conſignarit, videre, apertè aſſerit. *Bertr. hic th. 17.* illud ex hiſtoriis hactenus,

*Quæſt. 7. Quonam tempore eo jure uti EE. cæperint, ut Imperatori ad indicēda Comitia, eorum conſenſu opus ſit?*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0020-6

ctenus, ſibi integrum non fuiſſe cognoſcere manifeſtè teſtatur. Quemadmodum autem *EE.* maximam jurium ac privilegiorum ſuorum partem conſuetudini debeant; ita & hoc antiquitus *tacito quodam Impp. & Statuum adſenſu inductum fuiſſe credit*, ut Comitia, non niſi prævio eorum ſcitu ac conſilio indicerentur. Idque ex hac, utpote magna & ſatis nervoſa ratione ſtatuendum putat. Eò, quod Jus immotam nobis Regulam ſuppeditet, rem ſine ejus conſenſu ac voluntate, cujus maximè intereſt, nec poſſe nec debere perfici, *l. fin. C. de author. præſt. l. 8. ff. de aqu. & aqu. plui. arcend. c. 29. de R. I. in 6. Schrad. de feud. p. 8. c. 2. num.* 28. & ibi *Dd.* alleg. jam quid *EE.* attineat Comitia haberi aut ea prorſus abolita eſſe præter ea quæ ſupra *th.* 7. dicta ſunt, ſatis nos *Servii Tullij VI.* Rom. Reg. exemplum edocet; apud quem ſolemni more receptum fuiſſe hiſtoriæ perhibent, ex ſingulis *Latinorum* Civitatibus Optimates convocare, convocatis rationem conventus exponere, hiſce eos alloquendo verbis; *Res cum magnæ intercedant, quæ ſucceſſivè Imperij ruinam minitantur, conſultationes vobiſcum inſtituere viſum fuit, quo aloë, dum in herba adhuc exiſtit, reſecari, & Status pacatus conſervari queat*; Igitur, quid æquius accidere, quid ſalutarius Reip. contingere ac evenire poterit, quam ut membra ejus potiora iis cogendis conſenſum ſuum Capiti præbeant? hinc ſolet Cæſar, antequam diem futurorum Comitiorum indicat, EE. ſingulos per litteras conſulere, uti patet ex d. R. A. zu Augſpurg *An.* 1582. §. Haben auff gutachten vnd Raht/ vnſer vnd deß H. Reichs Churfürſten/ eine gemeine R[e]ichsverſamblung außſchreiben laſſen/ & ex ſupra adductis *Receſſ. Epiſtolisque Cæſareis* relatis, quibus ad Comitia Status vocantur, clarius perſpicere licet, *d. th.* 7. *Paurmeiſt. d. l.* 2. *c. 2. num.* 20. *Wehner. pract. obſerv. verb.* Reichstag. Reinkingk. *d. l.* 1. *claſſ.* 5. *cap.* 8. *num.* 45. *Daniel Otto. d. cap.* 13. *At quare EE. tantum conſenſus ad Comitia indicenda neceſſarius*, præſertim cum & reliquorum Statuum Imperii Comitia haberi, vel non, multùm intereſſe, nemo inficias ire audeat? Regula autem ſit communis, & omnium ferè *Dd.* calculo approbata, quotiescunq; alicujus conſenſus ad negotium gerendum requiritur, eo non interveniente, ſine nullitatis vitio res expediri nequeat, *tot. tit. Inſt. de Auth. Tut. l. 3. ff. eod. & tot. tit. C. l. 9. §. 5. ff. eod. l. 7. §. 1. ff. de reſcind. vendit.*

*Reſp. id ex hiſtoriis nō conſtare, verisimile autē eſſe, ut alia multa eorum jura, ita & hoc tacito quodam Impp. & aliorū ſtatuum Imperii, conſenſu, introductū eſſe.*

*Exemplū Servij Tullij VI. Regis Roman.*

*Ann.*996.*aut* 997. decreto cum *Gregorio Pontifice* communicato, factam eſſe, Hujus ſententiæ auctores, quia copioſiſſimè relati ſunt *à D. Cluten. in Syllog. rer. quotid. concluſ. 24. l. b. Heig. p. 1. q. 4. Colér. de Iur. Imp. Germ. ſect. 45. Gerlac. Buxtorff. ad A. B. concluſ. 14. lit. A. Dan. Otto. de jur. publ. c. 10.* hic ſubſiſto, ne actum agere videar; interim tamen iis addi poſſunt. *Georg. Sigiſm. Seld. conſ. ad Ferdin. pag.* 32. Rettung der Chur Pfaltz Vicariatus Gerechtigkeit. *Micha. Schiferer. tr. de orig. & poteſt. modern. EE. th. 4. piæ memoriæ vir, Henr. Meibom. in Illuſtri Academ. Iul. quondam profeſſor, primò Patris & deinde meus olim præceptor. l. 3. Sleid. de IV. Monarch. in Otton. III. fol. 270. Quirin. Cubach. in jurisp. German. publ. c. 4. n. 17. Ioh. Norderm. de jur. princ. th. 19. in fin. & th. 48. in fin. Beindorff. de EE. th. 16. & 17.* III. *Cardin. Cuſan. de concord. cathol. l. 3. c. 4. Henrico II. inſtitutionem EE. tribuit.* IV. in tempora *Conradi II.* eadem conſtitutio collocatur à *Theodor. de Niem. in Neron.* V. loco *Molinæ. in edit. poſter. comm. ad conſuet. Pariſ. tit. 1. in pr. n. 65. & ſeq.* poſt mortẽ Ottonis III. ad tẽpora *Conradi II. & III. Suevorum Impp.* EE. ordinis inſtitutionẽ referendũ autumat, quamvis in *edit. 1. An. 38. tit. 1. §. 9. n. 31. & ſeq. Ottoni III.* ſimpliciter adſcribat eandem. IV. *Peucer. Chron. l. 4. in Ottone III.* & in *Frid. I. Babaroſſa* putat, vel ſub *Suevorum* Imperio, aut ſub *Frideric. I.* poſteriſvè prodiiſſe & cœpiſſe Senatum 7. *EE.* & numerum ſuffragiorum ad ſeptenarium redactum. VII. *Avent. lib. 5. Annal. Bajor. pag. 510. Onuphr. Panuin. de Comit. Impp. fol. (mihi) 371. & ſeq. Martin. Cruſ. in Annal. Suevor. l. 5. p. 2. c. 7. pag.* 171. demum poſt tempora *Frideric. II. S. R. I. EE.* inſtitutos, & à *Gregorio Pontifice* confirmatos, ſtatuunt, ac quidem circa tempora *Comitiorum*, quibus poſt longum *Imperii interregnum Rudolph. Habſpurgicus Rex appellatus fuit*, Nec ab hac ſententia alieni ſunt *Thuan. l. 2. Hiſtor. pag.* 101. *Cyriac. Spangenb. in* Adels Spiegel. *l. 10. c. 7. Bodin. 6. de Rep. c. 5. n. 724. Molinæ. in præfat. conſ. Pariſienſ. n.* 70. VIII. *Michael Beuter.* JC. *animadverſ. Hiſtor. cap.* 15. ubi *à filio* itidem JCto eadem ſententia explicatur pluribus, inter tam varias opiniones hanc ſibi delegit, ut exiſtimet, circiter *Frideric. I.* vel ſaltem poſterorum *Suevorum Impp.* tempora *Palatini* ad Rhenum, *Ducis Saxon. Marchionis Brandenburg. & Regis Bohëmici* ſuffragia, in hiſtoriis quidem celebrari; ſed cum illis paria quoque habuiſſe cæteros principes; neque ſi ſola vota illis ſuppetierint, illos eo ordine & præ-

eminentia,

*3. Quidam Henrico II.*

*4. Quidam Conrado II.*

*5. Quidam Cõrado III.*

*6. Quidam Friderico I. aut Suevorum Impp.*

*7. Quidam poſt tempora Frid. II. EE. inſtitutos, & à Gregor. X. confirmatos eſſe volunt, in Comitiis illis, quib. poſt lõgum Interreg. Rudol. Habſpurg. Rex appellatus eſt.*

*8. Quidam inſtitutionem EE. referunt ad Frid. I. vel poſteriorũ Suevorum Impp. tempora. ſic ut in hiſtoriis quidẽ Palatin. Saxo. Brand. & Reg. Bohẽ. ſuffragia celebrẽtur, at non tali efficacia, qua nunc.*

*Mich. Beteur. vult ante Carol. IV. nullibi apud Hiſtoricos reperiri 7. EE. ſimul, ſed 6. tantum, Regem Bohemiæ ſub Carolo IV. acceſſiſſe, ut & ante eundem Carol. nihil de Palatino Pincerna legi. 9. quidam putant inſtitutos eſſe EE. ab Ott. III. ſed Ludov. Bavari, aut Caroli IV. Sanctione, eſſe An. Imperij 10. A. C. 1356. ſtabilitos. 10. quidam volunt, nō Imp. aut Pontific. cuiusdam conſtitutione, ſed occultis initiis, EE. ordinem eſſe introductum.*

eminentia, qualis hodie conſpicitur, jus dicendæ ſententiæ ac ſuffragii, habuiſſe. Addit ibidem, nusquam ante *Carolum IV. A. B.* fundatorem, ſecundum iſtam ſeriem familiarum & ordinis, 7. ſimul EE. apud Hiſtiographos fieri mentionem. *ſex EE.* quidem ante fuiſſe, ſed *Regem Bohëmiæ* ſub *Carolo IV.* acceſſiſſe, & ſeptenarium abſolviſſe, Contendit ſimiliter ante *Carolum IV. de Palatino Archipincerna Imperij* nihil legi. IX. putat *Heig. p. 1. quæſt.* 3. ab initio EE. Sex ſeptemve (de quo tamen ſeptimo *Bohëmiæ Rege* non adeò valde pugnare quicquam putat attinere) ſub *Ottone III.* conſtitutos, ut Electionem deinceps de Imperatore habendam, veluti princeps Senatus, aut πρόβουλοι, moderarentur, & reliquorum auditis ſuffragiis & collectis votis, id tandem ſtatuerent, quod è Repub. eſſe cognoſcerent: donec attritis *familijs nobilioribus*, & mota inteſtinis diſſenſionibus *Germania*, & hinc perperam elicitis, à ſtudioſis factionum, promiſcuis ſuffragiis, utiliſſimum viſum fuit, intra ſanctius & ſtrictius conſilium Illuſtriſſ. EE. rem totam revocare, & patientibus cæteris principibus, per aliquot annos uſurpatum, demum *Ludovici Bavari*, aut certè *Caroli IV.* ſanctione, anno poſt ſuſceptum Imperium 10. videlicet *Anno 1536.* promulgata, ſic ſtabilitum, ut ab eo tempore pacatiora Comitia, & ſuffragia circa electiones pauciora, Imperium, divina ſic diſpenſante gratia, habuerit, huic ſententiæ adhæret Reinkingk. *d. lib. 2. claſſ. 4. cap. 4. num. 8.* Quid ſtatuendum in harum opinionum conflictu? ſanè *Delio natatore hic opus eſſet*, adeò intricata, & conjecturarum nebulis involuta res eſt. X. igitur loco ſunt, qui non certo aliquo vel Imperatorum Decreto, vel Imperii Univerſi conſtitutione quadam, ne dicam Pontificis cujusdam authoritate, ſed tacito *conſenſu principum ac Ordinum Imperij*, occultis initiis, *& non injuria boni publici intuitu* irrepſiſſe paulatim, *interveniente prolixitate temporis memoriam hominum ſuperantis*, (quo titulo, nullus firmior ac melior invenitur *l. 10. ff. ſi ſervit. vind. l. 1. §. final. l. ult. ff. de aqua & aqu. pluv. arcend.* mores enim omnem poteſtatem dant & auferunt, *l. 12. §. 1. ff. de judic.*) *EE.* hoc collegium introductum exiſtimant; quorum ſententiæ ipſa quoque conſtitutio Carolina ſuffragatur, in eo, dum nullam ſanctionis Anteceſſorum, (quæ procul dubio ſi exſtitiſſet, ſicco pede præterita fuiſſet neutiquam. *arg. l. 14. C. de jud. l. final.*

C. de

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0040-6

*C. de bon. qua liber. tot. tit. C. de deditic libert. toll. & tot. tit. C. de latin. libert. toll.* & hinc inde paſſim à *Iuſtiniano Imperatore* noſtro obſervari videmus, ut quoties novi aliquid aut in *Codice* aut in *Novellis* ſuis conſtitutionibus, conſtituit, ſemper *Ius Antiquum* recenſeat prius, *Nova* deinde *Conſtitutione* ſubjuncta.) Sed conſuetudinis ſaltem uſusvè longævi, quo jus electionis introductum ſit, facit mentionem *A.B. dict. t. 1. princ.* ibi: Nach alter löblicher gewonheit. *tit. 2. §.* Vnd dieweil von alter guter vnd löblicher gewonheit. *tit. 4. in fin.* Als von alter gewonheit herkommen iſt / *& in §.* Wann vnd wie / ibi: Als er von alters vormals gehabt hat / *& in §.* Zum erſten / ibi: Vnd hiebevor funden haben / *& tit. 5. §.* Vnd wie wol ein Käyſer oder Röm. König von ſachen wegen darüber Er angemuht wird / von alter gewonheit / vor einen Pfaltzgraffen bey Rhein &c. antworten ſoll / Item *tit. 9.* Auß löblicher bewehrter / langer vnd täglicher gewonheit / oder præſcription herbracht. Et pro hac ſententia inprimis adduci poteſt *cap. 34. pr. ibi:* unde illis Principibus Jus & poteſtatem eligendi Regem, in Imperatorem poſtmodum promovendum recognoſcimus (ut debemus) ad quos de jure & *ANTIQVA CONSVETVDINE* noſcitur pertinere, Ext. de Elect. atq; hanc ſententiam pro virili tuentur ac defendunt *Tob. Paurmeiſt. l. 2. cap. 2. num.* 101. *Schonborn. 5. polit.* 32. *D. Arniſæ. 1. polit. 8. Buxtorff. ad A. B. concluſ. 14. lit. C. Ant. Coler. de Iur. Imp. Rom. ſect. 47. Bort. in Iurisp. Pub. Germ. c. 2. th. 2. D. Beſold. 2. Nomicopolit. diſput. diſſert. 3. num. 5. & 6. & in diſput. de Succeſſ. Reg. diſſert. 3. th. 5. Bertr. de Comit. th. 29.* atque huic ſententiæ & ipſe *Dreſſ.* tandem ſubſcribere cogitur, dum ait; Etſi non deſint teſtimonia *Chron. German.* qui 7. *EE.* eos, qui adhuc ſunt, inſtutos ab *Ottone III.* dicant: nihil tamen in re nondum ſatis explorata temerè affirmare audeo. Sed *paulatim* & ipſe credo, dignitatem Electoralem ad *VII-viros* devolutã eſſe, & *Heig.* quoque tandem concludit; hoc procedente tempore, cum furor & rabies pontificum erga Imp. Rom. Germ. magis magisque exardeſceret, *ſenſim* tandem apud ſolos *VII.* modernos, eligendi omnem poteſtatem & authoritatem manſiſſe ac reſediſſe, *d. q. 3. num. 70.* firmiter igitur ſtatuimus, nullius vel Impp. vel Pontific. beneficio Jus ſuum EE. obtinere, aut in dignitatis tam ſplendidæ poſſeſſione, quæ nunc antè oculos nullò contradictore exiſtente

*Probatur hac ſententia 1. ab exemplo Iuſtiniani & cæterarum Impp. qui Novi quid conſtituere volentes, ſi quod eſt, Ius antiquum referunt ac explodunt. 2. textib. A. B. 3. Ex Iure Canonico.*

*4. Dd. authoritate.*

*5. Quod hac ſententia tandẽ à diſſentientib. quoq; amplectitur.*

*Huic ſententiæ accedo.*



tente

tente verſatur, quietiſſimè benè longo tempore permanſiſſe, ſed potius inveterata conſuetudine diuturnovè uſu id eos acquiſiviſſe; Conſuetudinis enim, ut in aliis Rebuspubl. modo latenti & inſenſibili Civibus non ſentientibus (hanc enim ejus naturam eſſe docet *Conna. l. Comm. 10. num. 5.* & aliàs conſuetudinis initium non ſoleat conſtare, eò, quod in vetuſtis origo facilè ignoretur, *l. 21. ff. de Probat.* memoriaque hominum admodum labilis ſit *l. 44. ff. de Acquir. poſſ.*) pleraque ex levibus principiis mutantur, occultè ſerpendo, poſtremò tantum authoritatis & gratiæ acquirendo, ut regnet ac dominetur lege potentius. *l. 3. in fin. ff. dell.* §. *fin. Inſt. de I. N. G. & C.* ita eadem Electoria jura paulatim primitus precariò, aut mandati nomine, uti ex *Abb. Stadenſ. ſub An. Ch.* 1240. ut & ex *Speculo Saxon. l. 3. tit. 57.* & Suevorum colligit *Beſold. d. diſſ. 3.* de hinc viribus aſſumptis excludendo cæteros Principes, aliisque familiis potentioribus injuria temporis præmortuis, VII-*viris* proprio jure acquiſita ſunt. Quæ poſtmodum rebus ita poſtulantibus (*vid. Heig. d. q. 3. num. 73. & proëm. A. B.*) publicè confirmata per *Ludovicum* I V. *Cuſpin.* in vita *Ludov.* & in certam formam unanimi conſenſu omnium procerum, ingenti cum Reip. utilitate à Carolo IV. redacta ſunt. *A. B.* enim eſt lex illa fundamentalis totius Roman. German. Imperii, ut eam vere appellant, *Tholoſ. 7. de Republ. 19. Heig. 1. quæſt. 5. num. 1. & ſeq. Kirchn. de Republ. diſputat. 6. theſ. 3. Althuſ. 15. polit. pag. 181. Goldaſt. in Repl. cont. Gretzer. c. 9. pag. 99.* hæc profecto eſt unicum illud atque adamantinum vinculum, prout pulchrè ait *Marq. Freher. in 2. Orat. de Prop. guber. Frider. 4. pag. 51.* quo qualeſcunque hæ Rom. Imp. reliquiæ, illique ferreo-lutei pedes, utcunque continentur, & à diſſolutione & ruina adhuc conſervantur, & *Peuc. l. 5. Chron. in Carolo IV.* Fuit hactenus *A. B.* pacis publicæ nervus firmiſſimus &c. *Nicol. Reuſn. conſ. 11. n. 20. l. 1.* hac ſalutem Dignitatemq; totius Imperii contineri aſſerit; quibus adde R. A. zu Wormbs. *d. Ann. 1551. in pr.* ibi: Inhalt der Gulde-nen Bull/ vnd dem H. Geſetz gebührt. Sed cum utilitas *A. B.* ipſa ſeſe ſatis oſtendat, ideo cum *Vlp. in l. 1. ff. de in Integ. Reſtit.* meâ cõmendatione haud quaquam opus eſſe exiſtimo. Verùm ſit ut ſit, ſive expreſsè ſive tacitè facta ſit prærogativæ VII-*viralis* conceſſio; certum

*6. à natura conſuetudinis.*

*Conſuetudine enim primitus jura Electoria introducta.*

*A Ludovico IV. confirmata.*

*à Carolo IV. autem unanimi Procerum conſenſu in certam formam redacta.*

*Laus A.B.*

*7. Ipſorum EE. teſtimonio.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0042-7

certum eſt, ipſos EE. nemini, præter univerſum Principum ac Optimatum Imperii collegium, eam acceptam ferre, idque *Albert. Archiepiſcop. Mogunt.* Elector, oratione graviſſimâ in renuntiatione *Caroli V. Imp.* habita (quæ à *Philipp. Melanch. recitatur in Hiſtor. Elect. Caroli V.*) dum ſuos collegas EE. hiſce affatur verbis, luculentiſſimè teſtatum facit: *Conciliabit*, inquit, *benevolentiam principum, qui vobis, tantæ rei arbitrium ſolis commiſerunt, ut Dominum ipſis, ut cuſtodem publicæ ſalutis ut Eccleſiæ, Orbis terrarum, propugnatorē eligeretis.* Idem affirmat *Nicol. Cuſan. de concord. Cathol. l. 3. c. 4. Coccin. de Imp. à Græc. ad Roman. translat. Paurmeiſt. 1. d. c. 2. n. 102.*

XV. *Electores* vel ſunt *Eccleſiaſtici tres* I. Archiepiſcop. Mogunt. S. R. J. per Germaniam Archicancellarius II. Archiepiſcop. Trevirenſis. S. R. J. per Gallias, & Regnum Arelatenſe Archicancellarius. III. Archiepiſcop. Colonienſis, per Italiam Archicancellarius: de quibus hi verſiculi, *Electorum diviſio, quod alii ſunt Eccleſiaſtici tres.*

*Treviris* ætate; ſed rerum proprietate
Gaudet *Agrippina*; ſed honore *Moguntina* prima;

Vel *politici quatuor*; I. Rex Bohëmiæ, S. R. J. Archipincerna. II. Comes Palatinus Rheni, S. R. J. Archidapifer, III. Dux Saxoniæ, S. R. J. Archimareſchallus. IV. Marchio Brandeburgenſis. S. R. J. Archicamerarius, de quorum omnium jure & officiis, ſequentes circumferuntur verſiculi, *Alii ſeculares. 4.*

*Verſus, quibus cōprehenduntur officia utriusq; ordinis.*

Moguntinenſis, Trevirenſis, Colonienſis,
Quilibet Imperii ſit *Cancellarius* horum,
Inde Palatinus *Dapifer*, Dux portitor *Enſis*,
Marchio Præpoſitus *Cameræ*, *Pincerna* Bohemus.
Hi ſtatuunt Dominum, Cunctis, per ſecula ſummum.

Hic primo non leve occurrit dubium, de *Rege Bohëmiæ, Num is Sè rectè inter EE. ſit collocatus, ſic ut ad electionem Reg. Rom. neceſſario ſit citandus?* intrepidè ſtatuo *Regem Bohëmiæ* in electione Imperatoris votum habere, & conſequenter citandum eſſe. Non n. eligendi Jus in *A. B.* ei conceſſum tantùm eſt, ut patet per *text.* expreſſ. in *præfat. A. B.* ibi: inter *EE.* ipſos, de quorum numero, *ut Rex Bohëmiæ*, eſſe dignoſcimur, ratione duplici, tam ex Imperio, electionis jure, quo fungimur. *tit. 4. ibi*: Zum dritten / von einem König zu Böhem der vnter den Weltlichen Churfürſten von Königlicher *Quæſt. 15. An Rex Bohemiæ ſit Elector, ſic, ut neceſſariò ad electionem ſit citandus? Aff. 1 per text. A. B. expreſſos.*

 Würdig,

Würdigkeit/ vnd Rechtes wegen billich die erſte Frage beheldt/ cum enim majorem dignitatem habeat, jure quoque priorem vocem habet, *Fab. de An. Conſ. 40. num. 28. Marzar. Conſ. 26. num. 9.* R. A. *de Anno 1500. Rubr.* Wie man mit den Königen / ibi: Auch was Beyſtandts ſie hinführo dem H. Reich / beſonder dem König von

*2. Per Conſtitutio. Ruberti Vicarii.*

Böhem als ein Churfürſt deſſelbigen; ſed & conſtitutione *Ruberti Comitis Palatini Vicarii, & Rudolphi I.* diſertè confirmatum eſt, quod nempè *Reges Bohëmiæ* ab *Attavis*, proavis & progenitoribus ſuis, ab eo tempore cujus memoria apud homines non exiſtit, habuerint continuò, habeant, & habere debeant, *Ius & vocem in electione* plenè & omnimodò, ad inſtar aliorum principum coëlectorum, *Marq. Freh. tom. 1. Bohem. p. 116. & ſeq. Goldaſt. tom. 2. conſtit.*

*3. Ante A. B. habuit votum Bohemus in Elect.*

*Imperial. fol. 91.* quod votum quoque ipſi ante *A. B.* diſpoſitionem competiiſſe, probat *Rebdorff. Anno 314. Dubrav. l. 18. Hiſtor. Bohem. Petr. Heig. 1. q. 3. num. 41.* & ſanè cum in electione *Ludovici Bavari* tertio loco enumeretur *Marq. Freher. ad P. de Andl. l. 2. (Sc. Iohann. Rex Bohemiæ)* & *Martin. Polon.* qui ætate *Frider. I. Auguſt. Triumphus* qui tempore *Frider. II.* vel ante vixerunt, de hoc non dubitandum, licet diſſentiat *Cæſar. Baron. tom. 10. Analog. Eccleſiaſt. Anno 996. §. 69. Iacob.* Spigel. *in addition. ad Gunth. l. 5. Ligurini in pr. Cranz. l. 4. Sax. cap. 24. & 28. & l. 9. cap. 26. Peucer. in l. 4. in Frider. I. tit. 7. A. B.* ibi: Wann nun hin vnd wider offenbar / vnd beynahe der gantzen Welt kündtlich / daß die Durchleuchtigſten / der König in Böhem / wegen jhrer Reiche / vnd Fürſtenthumb an der Wahl eines Röm. Königs vnd künfftigen Käyſers / ſampt den andern Geiſtlichen Mitwehlern / Recht / Stim̃ vnd Statt haben / die-

*4. Per conſtitutionẽ Rudolphi I. Imp.*

ſelbe zu erwehlen geſetzt / auch rechte Wehler deß H. Reichs ſein. Vnde *Rudolphus I. Imperator* in quadam Conſtitutione. Hæc vero jura Pincernatus & Electoratus, ait, nedum dicto *Regi* & ſuis *hæredibus* didicimus competere, ſed & ſuis *progenitoribus, Abavis, Atavis,*

*5. Quia in Electione Frider. II. primas tenuit.*

& *Avis* pleniſſimè purè competebant, *Goldaſt. d. tom. 2. Anno 1291.* & in electione *Frideric. II.* primas partes tenuiſſe *Regem Bohemiæ* ex conſtitutione de privilegiis *Regis Bohemiæ*, ab ipſo promulgata,

*6. Exemplo Ladislai, Regis Bo-*

apparet apud *Goldaſt.* in Reichshandlung *de Anno 1217.* Quocirca cum in electione *Maximiliani I. Rex Ladislaus*, ob mutuas inimicitias præteritus fuiſſet, pænam *A. B.* acerrimè poſtulavit, arma etiam minitatus

minitatus eſt, neque in gratiam redire voluit, niſi hac conditione, ut remitteretur *Regib. Bohemiæ* Jus illud, quo Impp. *Romam* in perſonis, ut loquuntur, comitari coguntur, aut ipſis liceret ejus vice 800. Ducatos exſolvere, quod cum negatum & recuſatum eſſet ab Electoribus, transactione inita, (ad quam nullo alio obtentu, niſi quod urgentibus de cauſis ſubitariè ad illam electionem celebrandam convolaſſent, uſi ſunt) convenit, ne ſub pœna 500. marcarum auri puri Reges Bohemiæ inpoſterum excluderentur, & ita electionem *Maximiliani I.* ratam habuit. *Hartm. Maur. lib. de Coronat. Caroli V.* pacti illius tenor exſtat apud *Goldaſt. tom. 2.* Reichs-Satzung/ *pag. 118.* Quid? quod *Electoratus & Munera*, quibus funguntur EE. nexu junguntur adamantino, nec altera ab alteris ſeparari queunt, *Knich. comm. jur. Sax. verb. Electorum cap. 1. num. 216.* ne dicam, veluti Coëlectoribus cæteris ſpecialiter conceſſæ ſunt arces & Civitates, quas Electorio nomine obtinent, ita etiam *Luſatiam* Inferiorem ad *Regem Bohemiæ* pertinuiſſe, ſeu Electoris poſſeſſionem, *Fabrit. orig. Saxon. l. 5. f. 547.* ex quibus patet *Regem Bohemiæ* non ſolum *Electorem* eſſe, verum votum quoque ei in Electione competere, quod & ipſi etiam tribuunt *Marq. Freher. in not. ad cap. 2. l. 2. P. de Andl. Baxtorff. ad A. B. concluſ. 18. lit. D. D. Cluten. in Syll. rer. quotid. concluſ. 24. lit. O. Arumæ. Diſcurſ. 3. ad A. B. concluſ. 8. Bort. Iurisp. German. cap. 2. th. 26. lit. B. Cubach. Iurisp. German. c. 6. n. 8. & ſeqq. Daniel Otto. de jur. publ. cap. 10. Bertr. hic. th. 31. Carpzov. de Capitul. Cæſar. cap. 5. num. 15. & ſeqq. Chriſtoph. Beindorff. de EE. th. 62. & ſeqq. Carpzov. de Regalib. cap. 2. th. 19. Gumpelz. de Regib. th. 114. & ſeq.* Reinkingk. *lib. 1. claſſ. 4. c. 3. n. 26. & ſeqq.* Abeat ergo *Speculum Saxon. lib. 1. artic. 57.* ubi dicitur der Schenck deß Reichs hat kein Wahl darumb das Er nicht Teutſch iſt/ Land- vnd Lehnrecht *l. 1. cap. 19. §. 1.* Hac etiam ratione nititur *Abb. Stadenſ. ad Ann. 1240.* dum ait, Bohemiæ Regem Pincernæ quidem munere fungi, verum non eligere, quia non ſit Teutonicus; verum quemadmodum hic malè concludit, concludendum enim erat, Rex Bohemiæ eligit, quia Pincerna, licet Teutonicus non ſit; ita rationem utriusque, non usque adeò liquidam meritò rejicit *Freher. in not. ad Petr. de Andlo. l. 2. cap. 2. p. 167.* Bohemiam ſiquidem Germaniæ portionem eſſe, teſtatur *Æneas Sylv. cap. 1. Bohemor. & infra* pluribus à nobis oſtendetur. Abeant etiam, qui ſcribunt *Regem*

*hemiæ, qui quod in Electione eſſet præteritus pœnã ab EE. in A. B. conſtitutam exegit.*

*7. Ratione.*

*8. Quod ſicut cæteris EE. conceſſa ſunt ditiones & territoria ratione Electoratus, ita Regi Bohemiæ conceſſa & attributa eſt, Luſatia inferior.*

*9. Dd. authoritate. object. reſolutio.*

*Refutatur Specul. Saxon. & Abb. Stad.*

*Refellũtur ij, qui volunt, Regẽ Bohemiæ non niſi pari numero diſſentientib. EE. intervenire.*

*Bohëmiæ* non niſi pari numero diſſentientibus reliquis EE. ſuo voto intervenire. *Bald. in margar. verb. annus. Alber. de Roſat. in l. benè à Zenone. C. de quadrien. præſcript. gl. in cap. ad Apoſtolica Ext. de ſentent. & re judic. Hoſtienſ. Cardin. Florentin. & Cctæ. in c. venerabilem de Elect.* ubi *Hoſtienſ. in §. vero. verb. illis.* ait, Regem Bohemiæ de facto hodiè Jus eligendi ſibi arrogare. *Alvar. in c. 1. num. 9. tit. quis d catur Dux. Petr. à Mont. tract. de poteſt. Pontif. Rubr. de mp. Majeſt. orig. quaſt. 2. num. 2. & 3. Petr. de Andlo. l. 2. cap. 2. circ. med. pag. 81. de Imp. Roman. Crantz. l. 8. Sax. cap. 5. Platin. in Greg. V. Irenic. in Exeg. German. lib. 3. cap. 33. Schonb. 5. polit. 33. Michael. Schifferer de origi. & poteſtate modernorum EE. th. 20. Iohan. Norderm. de Iure Princip. concluſ. 48. Petr. Caleſat. de Equeſtr. dignit. n. 121. Ioh. Dubrav. Epiſcop. Omoluceus l. 6. Hiſtor. Bohëm.* Additus tamen ſex illis Principibus, ait, poſtea *Rex Bohëmus* fuit Elector VII. ad tollendam diſcordiam quæ inter pares numero, pari ſuffragio concurrente, nonnunquam intercedebat, quibus omnibus ſubſcribit & *Althuſ. c. 33. n. 56.* his verbis, quibus VII. accenſeri atque addi ſolet, *Rex Bohëmiæ,* qui cæteris pari numero inter ſe diſſentientibus ſententia ſua alteris adjecta, controverſiam tollebat. Hunc enim errorē taxat *Thuan.* homo *Gallus lib. 2. Hiſtor. p. (mihi) 26.* dum in hæc verba ſcribit; nec minus pleriſq; ſuſpectum eſt, quod vulgò itidem jactatur, Regis Bohëmiæ partes eſſe, ut paribus ſuffragiis interveniat, Cum ei *III.* in dicenda ſententia locum, nominatim. *A. B. Caroli IV.* tribuat, nempè *in d. tit. 4.* ſupra citato. Si ergo ex *A. B.* votum *III.* & inter ſeculares EE. primū habet, utiq; dici nequit, quod parib. exiſtentibus ſuffragiis ſaltem interveniat; quia ſic non *III.* ſed ultimum obtineret ſuffragium. Deinde cum nullibi in lege fundamentali A. B. Bohemi electio ad eum caſum tantum reſtringatur, ubi duo Electi paria habent vota, ut is diſcordiam tollat, nec nos in præjudicium Bohëmi hanc ita arctare debemus. *arg. l. 8. ff. de public. in rem act.* ſed erubeſcere ſine lege loqui. *Novell. 18. cap. 5.* ſic ergo, omnio concludendum eſſe exiſtimo, ut nimirum, à quo ſuffragium, votum ſcilicet in electione Regis Romanorum, poſtmodum in Imperatorem promovendi, colligendum, ut talis ſuffragium

*1. Authoritate Thuani.*

*2. Rationibus.*

*1.*

*2.*

*3.*

fragium habeat, neceſſe: quod enim non eſt, nec colligitur nec
operatur. *l. fin. Cod. de collat.* At verò tertio loco à Bo-
hëmo ſuffragium in electione abſq; reſtrictione colligendum, *&*
*tit.* 4. A. B. E. abſque reſtrictione & indiſtinctè etiam ſuffragium
in Electione habebit, & per conſequens, Vacante Imperio ſem- 4.
per etiam ad electionem vocabitur. E. non hoc demum caſu quo
duo Electi paria habent vota. Et cùm *Bohëmum E.* eſſe conce-
dant, ipſum nomen liberum ejus ſuffragium arguir. Sic, ubi datur
Elector, datur etiam electio, & ubi electio, ibi in electione ſuffra-
gium, (quia hæc ſubſtantialia cum ſint, ſejungi non poſſunt, *Zaſ.*
*p.* 1. *de feud. Mozzi. de natur. feudor. vid. l.* 12. *ff. de precar. l.* 25. *ff.*
*de donat. cauſ. mort.*) At vero prædicti *Dd. Petr. d. Andlo. Abb.*
*Stadenſ. Dubrav. Scanb. Albuſ. & alij, dd. loc.* Bohëmum Electo-
rem eſſe concedunt, E. neceſſum eſt, ut dent etiam ejus electionem,
& per conſequens, ejus in hac ſuffragium. Excipient, ſe dare Bo-
hëmum eſſe Electorem & habere etiam votum, ſed hoc demum
caſu, ſi æqualia ſubſint cæterorum Imperii EE. vota. Qui verò
ſic (I.) juxta juramentum (quod remitti nequit, quia pro forma
in electione à *Carolo IV.* requiritur N. *Cuſan. l.* 3. *de Concord. Ca-*
*thol. cap.* 26. *Henning. Gœden. conſ.* 1. *n.* 7. *tit. de elect. Sim. piſtor.*
*conſ.* 1. *n.* 31. *l.* 1. *Buxtorff. ad A. B. concluſ.* 28. *lit. A. Bort. Iurisp.*
*publ. German. cap. th.* 30. *in fin. Flor. a Vennig. conſ.* 16. *n.* 198. *int.*
*conſil. Claud. Cant.* reſpicit enim tale juramentum favorem pu-
blicum, cui privatus reinunciare nequit. *l.* 7. §. 14. *ff. de pact. Dd.* 1.
*in l. penult. C. de pact. Dan. Otto. de jur. publ. c.* 10.) caput eliget
pro intellectu ſuo optimum, *tit.* 2. *A. B.* aliorum vota ſi præcisè
ſequi cogitur. (II.) Et ſic votum ejus non tam erit electio
quam EE. diſſentientium compoſitio & deciſio, quemadmodum
judicem partes componere vides. Et (III.) quod maximum eſt,
dictus caſus omninò impugnat *A. B.* quæ vult ante trium ſecula-
rium vota, Bohëmi ſuffragium eſſe colligendum *tit.* 4. *ſic.* Aut de-
mum & tantùm hac caſu, quo cæterorum EE. vota æqualia ſunt, 2.
*Bohëmi* ſuffragium requiritur. Aut oportet ut Bohëmi votum non 3.
tertio ante *Palatin. Saxon. March. Brandeburg.* colligatur, quia ſi
Bohëmi votum eſt demum æqualium votorum deciſio & determi-
natio

*Reſponſio. Dd. qua argumenta eludũt, refutãtur.*

*1. Quæſt. 15 An juramentum, quod in Electione ab EE. eſt praſtandũ remitti poſsit? Neg.*

*1. Quia pro forma requiritur in Electione.*

*2. Quia reſpicit favorẽ publicum.*

natio (vel ad tollendam diſcordiam, quæ inter pares numero, pari ſuffragio concurrente, nonnunquam contingit, uti loquitur *Dubrav. d. l. 6. ac Pet. de Andlo. Stadenſ. Bald. Alber.* & alii opinantur) non niſi poſt cæterorum EE. vota, ultimo Bohemi accedit; Quia ſic erit quaſi ſententia & deciſio, quæ ſemper in controverſiis ultima. At vero hoc falſum, & contra *d. tit. 4. A. B.* E. & falſum erit prius, ſcil. demum caſu æqualium votorum ſuffragium requiri Bohemi. Et quamvis hæc ita ex ſanctione pragmatica. *A. B.* diſſerenda ſint; nihilominus tamen ita practicari, ut demum caſu æqualitem votorum numero vocetur ad electionem Bohemus, tradit *Petr. de Andl. d. c. 2.* At, cum in electione *Ludovici Bavari* tertio loco *Johan. Rex Bohëmiæ* ſit interrogatus, *Henric. Rebdorff. d. loc.* de dicta praxi non injuria addubites. Et illam praxin *Audli* non omninò veram eſſe, luculentum exemplũ *Regis Bohëmiæ Ladislai* ſuperius relatum ſatis demonſtrat, cur enim ob præteritionem in electione *Maximiliani I.* pœnam *A. B.* poſtulavit; ſanè quod jure fit, pœnam non meretur *l. 4. C. de Adult. l. 155. ff. de R. I.* & in his quæ à jure competunt, non eſt alicujus etiam ſuperioris authoritas neceſſaria. *Can. 5. diſtinct. 28. l. 8. §. fin. ff. de Condit. Inſtit.* & enim à tempore *Maximiliani* cæteris EE. cum *Rege Bohëmiæ* convenerit, ut hic ſub pæna 500. marcarum auri in electione Imperio Vacante non prætereatur, uti eſt apud *Maur. d. loc.* liquet; *Andl. Stadenſ.* & aliorum reſtrictiones & praxin exulare, & *Bohëmum* indiſtinctè ad electionem vocari. *juxtâ tit. 4. A. B.* Verùm illud fortè adhuc ſcrupulum cuiquam movere poſſet. Quod cum *Rex Bohëmiæ Status Imperij non ſit*, nos verò EE. per Statum ſupra *theſi* 13. deſcripſerimus, haud meritò eum inter EE. reponendum eſſe, exiſtimet, omnis namq; Status Imperii vocatur ad Comitia, & votum Seſſionemque in illis habet. per dicta ſupra *theſi* 11. *Bohemiæ* autem *Rex* hodiè *conventibus & Imperii Comitiis* ordinariis non intereſt, neque ad ea vocatur, nec *circulo alicui addictus*, neque *contributionibus* aliisque Imperii oneribus *obnoxius* R. A. *de Anno* 1500. *Rubr.* Wie man mit den Königen / ibi: Auch was Beyſtands ſie hinfüro dem H. Reich / beſonder der König von Böhem / als ein Churfürſt deſſelbigen / wider deß Reichs Anfechter thun wöllen / imò nec conſtitutionibus ejusdem alligatus, R. A. *de Anno* 1551. §. Darauff / ibi: Das Königreich Böhem

*Reſp. ad P. de Andl. qui ita practicari ait in Imperio.*

*Object. quod Rex Bohëmiæ nõ eſt ſtatus Imp. non enim vocatur ad Comitia, nec circulo addictus, nec cõtribution. Imp. obnoxius. Nec Conſtitutionib. Imper. tenetur.*

hem vnd deſſelbigen zugehörigen Landen / zu dienſtlicher Freündtlicher vnd Nachbarlicher Willfahrung/ allbereit bewilligt haben: daß ſeiner Liebden vnd jhre Müntzen hinfüro an ſolcher deß H. Reichs newer Müntz/ Kornt vnd Gehalt im außbringen gleichmeſſig ſein/ vnd befunden werden ſollen. Si ergo nemo ad Senatum & Conſilium Imperii admittitur, qui non eſt Status *Hart. Maur. in coronat. Carol. V. Rubr. quo appar. apud Goldaſtum conſt. Imper. tom. 3. Marquard. Fher. in not. ad P. de Andl. l. 2. c. 2. Borti. Iurisp. publ. Germ. c. 2. th. 9. l. a. D. Clut. Syll. Rer. Quotid. concl. 24. l. b. Carpz. de capit. Cæſar. c. 5. in fin. Dan. Ott. de Iur. publ. c. 10. Cubac. in Iuriſp. publ. c. 6. circa fin.* Imperii, *Gail. 1. obſ. 21. n. 9. & plures d. th.* 11. laudati, nec Rex Bohemiæ ad ſanctum EE. conſilium admittendus videtur. Huic dubio reſpondetur, quod inanis de ea quæſtione cenſeatur diſputatio, ubi clara eſt Conſtitutionis determinatio, *arg. l. 12. C. de furt.* neque cognitis reb. diù immorandum, *Symmach. lib. 1. Epiſt. 69.* Clara autem hac de re eſt in *A. B. d. tit.* 4. cõſtitutio, quod Elector ſit. Deinde reſpondetur; licet, *Rex Bohemiæ* ad *Vniverſalia* Imperii *Comitia* non vocetur, ad *Particularia* tamen EE. Comitia & conventus *vocandus*. Et licet propterea non habeatur pro ſtatu Imperii, eſt tamen ſubditus Imperii, arg. *tit. 8. A. B.* ubi Imp. Regi Bohemiæ *privilegia concedit*. At privilegiorum conceſſio, ex parte concedentis ſuperioritatem, ex parte ejus, cui cõceduntur ſubjectionem arguit, *Hoſtienſ. in Summ. de privileg. verſ. cui conceſſum eſt. reſponſ. 1. in cauſ. Finarienſ. n. 14. Mart. de Iurisd. p. 1. caſ. 33. n. 8. Schurff. 3. conſ. 43. n. 12. Weſemb. conſ. 20. n. 20. Cothm. reſponſ. Academ. 47. n. 45.* & plures alii infra alleg. Ex quo ipſo privilegio, ratio, quare ad Comitia Imperii non vocetur, haud obſcurè apparet, ſiquidem vigore hujus privilegii Bohemi non evocãtur, ſed à Regis ſui jurisdictione & more Regni Pendent. Cum E. Imperii Conſtitutiones eos non obligent, neq; imperii neceſſarias contributiones præſtent, non adeò opus eſt eorum in Comitiis præſentia. Quod tamen privilegium Regem & Regnum Bohemiæ non eximit à ſubjectione & recognitione Imperii; quoniam nullũ privilegium jus ſubjectionis abſorbet, *Decian. conſ. 33. n. 126. Cephal. cõſ. 186. n. 33. Camill. Borell. conſ. 70. n. 38. & ſeqq.* nec etiam propterea è numero EE. erit removendus: Quanquam enim Rex Bohemiæ (inquit *Hartm. Maur.*) perraro adſit conventibus & tractatib. EE. Nec fœdera pro manutenẽda communi dignitate proximis ſeculis cum iis

*Reſp. quod vocetur ad Comitia particularia.*

*Eſt ſubdit. Imp. quia Privilegia ei concedit Imp.*

*Cur non vocetur ad Comitia R. Bohem.*

*Privilegia non tollũt ſubiectio.*

percuſſerit, non operas Imperio, voluntariasq; collationes præſtet, neq; gratuita onera ferat, non deniq; in circulis iſtis, in quos Imp. digeſtum atq; partitum, comprehendatur: tamen Elector Imperii

*Quomodo intelligendum, Boh. habere primum locũ in curia.*

eſt, & tertium in conſilio EE. tempore electionis Regis ſuffragium habet; *d.l.* apud *Gold.* Juxta quæ *d.tit.4. A.*B. explicandus, quod nẽpè Bohemus primum habeat locum in curia, i.e. in Comitiis Imperatoriis, non verò conventu ſolo EE. Sic enim verba principii habẽt, wir ſetzen ferner und wollen/wann nun ins künfftig ein Käyſerlicher Hoff/wie zuvor gehalten wird/ Quamvis igitur Bohemus indiſtinctè Comitia non viſitet, nec hodiè alia, quam ea in quibus de Electio-

*Diſt. An B. R. ſit German. an non, rejicitur.*

ne Regis Romanorum agitur, Elector tamen nihilominus eſt, ſed ad Electionis actum deputatus. Diſtinguunt quidam, exiſtimantes referre, an Bohemus ſit ſanguine Germanico cretus an verò minus, ut ibi habeat jus electionis, hic verò minus, niſi in caſu æqualium votorum. At ſic æſtimatur jus hoc à perſona ipſa; cum tamen non perſonæ, ſed Regno Bohemiæ der Böhemiſchen Cron ſit datum, &

*Quaſt. 16. An numerus EE. poſſit augeri? Neg.*

Rex Bohemiæ ut præſul id obtineat. *d. tit.*4. ut ſic jus ſuffragii in Electione vel omninò Bohemo ſit dandum vel negandum, prout Regnum Bohemiæ ſub Germania fuerit, vel non fuerit.

XVI. Sed quid, *poterit ne numerus ille ſeptenarius EE. augeri?* ſanè hic EE. numerus ad tam ſtrictam obſervantiam redactus eſt, ut

*Quaſt. 17. An E. accipiens pro ſuffragio pecuniam ab electione ſit excludendus? Aff.*

*De I.ç licitum emere honorem & vendere ſuffragiũ.*

*Cõtra Pontific. per Simoniã electum nihil opponi poteſt.*

cum Imperator *Maximil. I.* Imperii aliquando EE. pertentare, cumque iis precibus ageret, quo Jus ſuffragii in electione Imperatoris Archiducibus Auſtriæ communicarent, nihil effecerit: ut refert *Hart. Maur. in relat. coron. Caroli. V.* & ex eo notat *Marq. Freh. ad c.1. lib.2. Pet. de Andl. Matth. Bort. in juriſp. publ. Germ. c.2. th.19. l.6. Quir. Cubach. in jur. pud. c.5. n.4. Daniel Otto. d. c. 10. fol. 96.* Sed quid dicemus, *Elector pecuniam à quodam pro ſuffragio adeptus eſt, num idcirco eum ab eligendi poteſtate excludemus?* Omiſſis rationib. dubitandi, quæ poſſent fieri ex *l.1. ad l. Iul. de Ambit. l.19. ff. de Donat. l.1. §.1. de pollicit. l.1. C. de ſuffrag.* quibus videtur probari, licitum eſſe vendere ſuffragiũ ſuũ & emere honoré, & præſertim ex eo, quod communis *Canoniſtarũ* opinio habet contra Papam, per Simoniã vel Ambitum electũ, de Simonia opponi non poſſe, ut per *gloſſ. in c.1. C. ſi quis pecunia, ubi firmat Cardin. Alex. 79. diſtinct. & Ceſtæ communiter in c. licet. de Elect.* Electoré ob acceptũ pretiũ, voto ſuo impoſterũ privari firmiter ſtatuo, idq; hac ex ratione. Cogitur n. ex ordinatione A. B.

quilibet

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0050-2

quilibet Elector ante Electionē jurare, quod vocē ſuā, votū & Electionē ſit daturus ohn alles geding/belohnūg/gabe/verheiſſung/oder welcher maſſen ſolches möchte genandt werden / *tit.* 2. Cū igitur tale juramentū ſit de forma Electionis (remitti n. non poſſe poſt *Buxt. concl. & ſeqq. tenet. Bort. d. loc. c. 2. th. 30. in fin.*) ſequitur quod eo non obſervato, non poſſit valida manere ea Electio, & EE. voce privari, quia forma dat eſſe rei. *c. 17. Ext. de Elect. & per jura ſupra allegata.* Eligat igitur Elector ſincerè ſine fuco & fraude, non precib. nō pretio, puras quidē ad Electionē adferre manus, nec ad pecuniā eas cōferre debet, *l. 3. l. fin. C. ad l. Iul. repetund.* Graviter *Plato* hac de re *lib. 8. de Rep.* loquitur, Reipublicę malè conſtitutæ argumentū eſt, ubi Magiſtratus ſunt venales, ubi principatus ac Regna pecunia parantur, efficit enim hoc ut hoc majori in pretio ſit pecunia, quā virtus, & ut tota Civitas immoderato ſtudio pecuniæ dedita ſit; atq; ita in ſpecie quod non liceat quicquā pro Imperio cōſequendo dare aut accipere, EE. tenent. *Piſtor. conſ. 1. q. 2. n. 30. & ſeq. Matth. Steph. de Iurisd. l. 2. p. 1. c. 5. n. 29. D. Cluten. ſyllog. rer. quotid. concl. 24. lit. D. Bart. d. c. 2. th. 3. lit. A. Dan. Ott. d. c. 10. fol. 102. & 103.* Id tamen ut objiciatur EE. cautū nō eſſe tradit. *Godan. c. 6. n. 5. de Elect.* Olim erat ſecus vide. literarum *Alberti Electoris Sax. An. C.* 1291. ſcriptarū ſummā, vmb aſſecuration wegen der fünff halb tauſent pfundt Silbers ſo einem Churfürſten nach der Wahl gebühret/*apud Goldaſt. p. 2. lib. 1.* Politiſcher Reichshandel. Habent a. EE. ſeculares ſuos quisq; vicarios & ſubofficiarios, qui & ipſi quandoq; in ſolemnibus Curiis, in Coronatione Regis Romanis vel Imperatoris, Comitiis & aliis hujusmodi conventib. panegyricis vice EE. ſuo quisq; aſſignato officio, non quidē gratis, ſed cū ſat honorifica remuneratione, funguntur. Sic hodiè *Rex Bohëmiæ* habet *Vicepincernam* den Schencken vel Lymburg. *Palatinus Vicedapiferū* der Truchſes vel Wahlburg, *Saxo Vicemareſchallū* den Erbmarſchalck *Baronem de Pappenheym*, *Brandeburgicus ſubCamerariū* den Kemmerer Comitem de Hohenzollern. Dico hodie, quia ille de Falckenſtein fuit olim Subcamerarius, & ille de Nortenbergk Subdapifer uti conſtat ex *A. B. tit. 25.* quib. hodiè illi de Hohenzollern & Walburg ſubvecti. *Marq. Feher. ad Pet. And. c. 15. lib. 2. D. Clutē. ſyll. rer. quotid. concl. 24. I. O.* Sed quid ſi aliquē Electorū abſentē eſſe cōtingat, *quisnā hæc officia adminiſtrabit, Legatus an verò Vice Pincerna, Vice Camerarius?* R. Vicarius: Cū n. in coronatione *Car. V.* Imp. ea

*Platon. ſententia de Magiſtratib. Venalibus.*

*Non tamē conſultum EE. objicere hoc crimen.*

*Olim licitū accipere pecun. ab EE. pro ſuffragio.*

*Nomina Vicariorū & hodiernorū ſubviciariorū EE.*

*Quaſt. 18. An Legatus, an verò Vicarius debeat adminiſtrare E. abſentis officia? Vicar.*

res in controverſiam vocaretur, pro Vicario *Regis Bohemiæ* pronunciatum eſſe refert *Hartman. Maur. in coronat. Caroli V. Rubr. quo apparatu*; ita quoque obſervatum in Electione, Divæ memoriæ, *Matthiæ II. Imp.* laudatiſſimi, ubi *Comitem* de Hohenzollern, *ſubCamerarii* officium ſuſtinuiſſe, non vero *Baronem* de Butlitz Legatum Electoris *Brandeburgici*, eo functum eſſe, atteſtatur *Ieſſen. in corat.* ejusdem Imper. Matthiæ: *Buxtorff. ad A. B. concl. 51. lit. B. in fin. Dan. Otto. de Iur. publ. cap.* 10. *Bertram. de Comit. theſ. 32. in fin. Pingitzer. de S. R. Imp. th. 60.* cum igitur ſubofficiati Imperii ſive Vicarii EE. jam ex longiſſima obſervantia EE. abſentibus, illa munera obierint Imperii, & præſentib. perfecerint, *tit. 25. A. B. in pr. fin.* contra hanc legis ſive conſuetudinis proviſioné neceſſariã, Electoris commiſſio ſive diſpoſitio nihil operabitur *arg. l. 55. ff. de Legat. 1. l. 38. ff. de pact. l. 1. C. de Vſusfr. l. 14. §. 2. ff. comm. divid.* Præſertim cum & alias jus publicum pactis privatorũ non mutetur, *d. l. 38. ff. de pact. l. 42. ff. de oper. libert.* nec ex ſubſtitutione Electorali Vicariis jus quæſitũ poſſit ſine cauſa auferri. *arg. l. 1. l. 2. C. de Inſtit. & ſubſtit.* cum *l. 11. ff. de R. I.* ac quorſum alias Vicarii, ſubofficiati & ſubſtituti? Huic ſentẽtiæ quoq; ſubſcribit *Cubach. in Iurisp. Germ. public. c. 27. n. 30.* ubi quoq; elegãter diſtinguit inter ipſa negotia in curia ſolenni tractanda, & inter ſolennia & certa in curia fienda officia, ita ut ad illa, quæ ſemper publica & magna, loco mittentis juxta datũ mandatũ admittatur legatus, atq; ita exaudit §. *quandocunq;. tit. 25. A. B.* adhæc verò, officia ſc. Imperialia (uti illa vocat *Marq. Freher. d. cap. 15.* de quibus etiam quia agendi locus non datur nunc, vide *d. tit. 25. & tit. 24. A. B.*) non admittatur. Cõpetit verò Eccleſiaſticis EE. jus eligendi Imperatorem, non tanquam *Eccleſiaſticis*, ſed veluti Principibus Imperii, & ditionum ampliſſimarum dominis, quã ſententiam quoq; probat *Auguſtana confeſſio*, quæ *art. 7. de poteſt. Eccleſ.* ſic loquitur. *Epiſcopi, ſi quam habent gladii poteſtatẽ, hanc nõ habent ex mandato Dei ut Epiſcopi, ſed ut principes ex jure humano donatã à Regibus & Imperatoribus, ad adminiſtrationẽ Civilẽ ſuorũ bonorũ*; Nã tã *ſupremi Romæ reſidentes*, nõ minus actu & potentiâ, quã alii cujusvis *Eccleſiæ Antiſtites*, ex ſua officii natura, Jurisdictione ſeculari carent. Separata n. dona Dei ſunt Sacerdotiũ & Imperiũ. *Nov. 6. in pr. c. 7. Ext. qui filij ſint legiti.* & Pontifici ſe ſecularibus implicare negotiis, prohibitũ eſt, *c. 6. diſtinct. 96.* cũ malè ſonet pſalterium cum

cythara

*Diſt. inter negotia in curia ſolemni tractanda, & inter certa & ſolemnia fienda offic. ut ad illa Legat. ad hæc vero Vicar. admittatur.*

*EE. Eccleſiaſt. competit Ius eligendi Imp. ut principib. Imperii politicis.*

*Nemo Eccleſiaſticus ex ſua officii natura habet Iurisd ſecularem.*

*Sunt enim dona diſtincta Imp. & Sacerdot.*

*Male ſonat pſalterium cum cythara.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0052-2

cythara, *teſte Ferrar. in form. libel. Reſponſ. rei convent. gl. 18. n. 1.* Baculus Aaronis & Gladius Nimrodi una manu malè regatur, imo opprobrioſum eſt Eccleſiaſticis, ſe cauſarum ſecularium peritos oſtendere. *arg. l. 17. l. 41. verſ. abſurdum C. de Epiſc. & Cleric. c. 2. in fin. c. 4. & tot. tit. Ext. ne Cleric. vel Monach. ſecularib. negot. ſe immiſc. Novel. Leon, 86. Bodin. 3. de Rep. 3. n. 227. & ſeqq. Duaren. 1. de Eccleſ. 2. & 5. Petr. Gregor. Tholoſ. Syntagm. jur. p. 3. l. 50. c. 12. Dauth. in tr. de teſtam. n. 93. Molinæ. in addit. ad Alex. conſ. 63. ad verb. competentem l. 3. Ant. de Roſell. tr. de poteſt. Pap. & Imp. Almain. tr. de poteſt. Eccleſ. & Laic. Thom. Michaël. de Iuriſdict. th. 5. per tot. D Hen. Andr. Cranius. in tr. de pace Relig. p. 1. problem. 6. connex. 1.* Unde ſaltem audientia, non a. Juriſdictio jure noſtro Epiſcopis tribuitur. *tot. tit. C. de Epiſc. audient. ibi Cujac. in parat.* idq; innuit ex *Calder. Pacian. de probat. l. 2. c. 8. n. 135.* cum Epiſcopum in civitate haud quaquam ex jure communi Juriſdictionem temporalem, ſed ſaltem ex accidenti habere ait, & *Vaſq. de ſucceſſ. in præfat. n. 155.* Juriſdictionem Eccleſiaſticam in temporalibus, non ſecus ac Principum Secularium à populo eſſe, adeoq; Eccleſiam hujuſmodi juriſdictionem habentem, appellatione Domini temporalis venire, aſſerit *Molinæ. in conſuet. pariſ. §. 60. gloſ. 1. verb. per main. n. 21. & ſeq. Thom. Mich. d. th. 5. Cl. Crani. d. loc.* Hincq; eſt quod Epiſcopi territorium propriè habere negantur. *Oldrad. conſ. 27. Petr. Bellug. in ſpec. princ. Rubr. de Iuriſd. 22. in §. & quia quotidie n. 47. & ſeq. Duaren. c. 4. l. 1. de miniſt. ac benefic. Eccleſ. Longovall. in repet. l. imperium, fol. 309. de Iuriſd. omn. Iud.* de quo tamen vide infra. *th. 26. & ſeqq.* In tantum, ut Archiepiſcopi illi ratione eorum Regalium & Iurium, quæ ab Imp. Rom. German. immediatè recognoſcunt, non ut Eccleſiaſtici, ſed ut Laici Principes Statusq; Imperii immediatè conſiderentur. *Mynſ. 5. obſerv. 58. Gail. 1. obſerv. 30. n. 1. & 6. & de pac. publ. l. 1. c. 8. n. 7. & 8. Ioachim. Steph. l. 4. de Iuriſd. c. 2. n. 55. Quetta. conſ. 71. n. 2. Zaſ. conſ. 14. n. 114. l. 1. Ant. peregrin. conſil. 1. per tot. Boër. deciſ. 264. n. 4. D. Vultej. de Feud. c. 5. n. 7. Pruckm. ad Rubr. quæ ſunt Regal. c. 4. n. 39. Coler. de Iur. Imper. ſect. 49.* Habent itaq; EE. Eccleſiaſtici (unde onera Imperii portant & collectas ſolvunt, *Sixtin. 2. de Regal. c. 14. n. 147. Chaſſan. in catal. glor. mundi. p. 5. conſider. 24. n. 103. & ad conſuet. Burgund. tit. les juſtices. §. 4. in gloſ. 1. verſ. adverte tamen* Homagium, ut alii Imperatoris Vaſalli, præſtant. *Gail. 1. de pac. publ. d. c. 8. n. 8.*

*Malè una manu baculo Aaronis & gladius Nimrodi regitur.*

*Abſurdũ clericos peritos eſſe rer. ſecular.*

*In jur. civ. habent audientiam non Iuriſd.*

*Propriè nõ habẽt territorium.*

*Regalia recognoſcunt ab Imp. ut Principes Politici.*

*Collectas Imperio ſolvunt.*

*Homagiũ præſtant. Imp.*



*Schurff.*

*Appellatur ab illis non Romã ſed ad Camerã Imp. Hinc vocãtur Principes Imperij in A.B.*

*A. B. c. 7. & 20. explicantur.*

*Electori dignitate manente, Epiſcopalis ab ea ſeparari poteſt.*

*Eccleſiaſt. ſuſtinent duplic. perſonã civil. & Eccleſ.*

*Schurff.conſ.72.vol.1.* appellaturq; ab iis ad Cameram, non Romam, indicta aliquoties ( marcharum auri mulcta. *Ord.Cam.p.1.tit.1.&7. Mynſ.cent.5.obſ.93.Gail.d.obſ.30.Caber.deciſ.30.Iab.conſ.* 123. *vol.1.M. Ant.Eugen.conſ.30.n.15.Benbellona.l.2.de pac.Relig.c.15.* ) hoc jus, uti *Principes Imperij*, toties ita appellati in *A. B.* non quidẽ per modum cauſæ, quam ſolum conſuetudinẽ & ei ſuccedentẽ Legem publicã, ſupra indicavimus, ſed aut *occaſionis aut neceſſarij connexi*: Et ita verba *c.7.& 20.A.B.* quando Imperator dicit, Jus ſuum EE. *virtute principatum* obtinere, rectè interpretanda duco. Non verò uti Archiepiſcopi, niſi remotè. Quin imò manente Electorali dignitate, Epiſcopalem ab ea ſeparari poſſe, tradit *Carol.Molinæ.in Conſuet.Pariſ.in præfat.n.71.p.Heig.p.1.q.4.n.53.Matt.Steph.de Iurisd.l.2. p.1.c.5. n.58.Gerlac.Buxtorff.ad A.B.th.*18.*lit.B.* Cùm enim una perſona duarum vice fungitur (ſic enim tradunt Dd. Archiepiſcopos & alias Eccleſiaſticas perſonas ſublimiores duplicem perſonam repræſentare & ſuſtinere, ſecularem ſc. & Eccleſiaſticam. *Sixt.de Regal. lib.1.c.4. n.122.Matth.Steph.d.tr.l.3.c.14.n.10.*) tunc una illa perſona tãtùm in conſiderationem trahenda, non aliter ac ſi eſſent revera duæ diverſæ perſonæ, *P.Ioh.Surd.deciſ.153.n.6.Cavelean.dec.27.n.15.p.4.* & illa potiſſimum ſpectanda qualitas, reſpectu cujus ille actus geritur. *l.15. §.1.ff.de Adopt.l.9.§.1.in fin.ff.locat.l.59.§.final.ff.ad SC.Trebell.l.5.§.1.ff. de jur.dot.Everh.à* Mittelburg.*in loc.de tanquã ſeu reſpect.n.5.& ſeqq.* nõ igitur ſuſtinẽt civilẽ perſonã ut Archicancellarii, quæ opinio eſt *Tholoſ.7.de Rep.15.* qua de re vidẽdus *Kirch.1.de offic.Cãcell.4.n.12.&13.*

*Electio cõpetit Eccleſiaſticis ut privilegiũ perſonale. At in EE. ſecularib. tranſit ad primogenitum. Quia in primogenito Servatur, Dignitas, Familiarũ & Imperij.*

XVII. EE.a.hiſce Archiepiſcopis Eccleſiaſticis velut privilegiũ perſonale Jus Electionis conceſsũ eſt, nempè ut qui legitimè ad unã ex Metropolitanis ſedem aſſumptus fuerit, tam diu jure illo fruatur, quãdiu vixerit. In omnib.n.cauſis id obſervatur: ut ibi perſonæ cõditio locũ facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficiũ quoq; deficiat, *l.68.ff.de R.I.* perſonalia n.ſuũ Individuũ nõ egrediuntur *§.6.Inſt.de I. N.G.& C.l.1.§.2.ff.de Conſtit.pr.l.45.ff.de Recept. arbitr.* ſed cũ perſona exſtingũtur. *l.12.l.13.ff.ſolut.matr.l.7.ff.de Recept.l.2.C.de ll.* Aſt dignitas EE. ſeculariũ hæreditaria eſt, & non modo ipſi terræ deſtinatæ inhæret, *A.B.tit.20.* ſed & primogenito tantũ, veluti præcipua, jure *A.B.* tributa eſt. *tit.7.in pr.d.tit.20.& tit.24.§.decernimus.* In primogenito n. ſervatur dignitas Imperii & familiarũ, cũ cõtra diviſio tituli vilẽ reddat dignitatẽ inter plures, & diviſio ſæpè facta familiæ ad nihilũ eã reducat, *Deus* ipſe *primogenitũ* prætulit in ipſa hæreditate, ut

videre eſt *Deut. 21. v. 15.* cui & major dignitas competit. *Geneſ. 49. v. 3.* Tu Ruben primogenitus meus fuiſti, vis mea, & principum potentiæ meæ, excellentia dignitatis & Excellentia roboris. Sic *Perſeus* quod natu *major* eſſet, jure populorum omnium, ac *Macedonum* moribus, Regnum ſibi deberi contendebat. *Livi. lib. 10. decad. 4.* Eodem jure *Alex. M.* præ cæteris fratrib. ut eſt apud *Diodor. lib. 16. & Iuſtin. lib. 7.* Imperium obtinuit, & quoties primogenituræ Jus illud violari contigit, graviſſima bella, qualia inter *Ottomannorum* gentis poſteros fuiſſe legimus, funeſtiſſimaque parricidia ſecuta ſunt. Sic *Ptolomaus Logi* filius, neglecto primogenito, cum ad Juniorem *Ægypti* regnum detulit, efficit, ut naturæ jura fratris parricidio violarentur, *teſte Iuſtin. l. 4.* Eodemq; errore *Ptolomæus Phyſco* peccavit, qui *uxoris oratione perſuaſus*, majori prætulit juniorem, verum fruſtra, mortuo enim patre, populus juniorem expulit, majori ſceptra reſtituit. *Pauſan. l. 1. Anaxandrides* quoq; *Rex Lacedæmoniorum Cleomeni* primogenito regnum ademit; ut regnaret junior; at factum illud populus iniquo animo tulit quod virtutis ſpecie gentium jura perrumperentur, ut ſcribit *Herodotus. l. 4.* vide *Tiraquel. de jur. primogenitur. Iohan. Lencir. de primogen. l. 1. q. 3. Richt. axiom. Oeconom. 54. Guilhelm. Longin. tr. de ſucceſſ. ab inteſt. §. 10. n. 1. Bodin. 6. de Rep. 5. & lib. 5. c. 2. P. Greg. 7. de Rep. 5. Schonb. 2. polit. 10. D. Arniſæ. relect. polit. 2. c. 2. ſect. 7. & 8. Cluver. de German. antiq. l. 1. c. 21. peregrin. de jur. fiſci. l. 1. c. quæ jur. fiſ. habeant. n. 48. Lancellott. Conrad. in templ. omn. jud. 1. c. 2. §. 1. fol. 473. & 483. Molinæ. de primogen. Hiſpan. l. 2. c. 1. actur. Ioh. Cruger. colleg. polit. diſput. 4. th. 60. & ſeqq. Treutl. diſp. 19. th. fin. lit. A. ubi Acutiſſimus Dn. Bacchov. D. Hunn. idem lib. 3. var. reſol. ad inſt. tr. 1. q. 22. 23. & 24. Lipſi. 2. monitor. polit. c. 4. Martur. de reg. lib. 1. c. 3. Althuſ. c. 19. polit. n. 83. Beſold. l. 1. polit. c. 6. n. 19. & de ſucceſſ. Reg. Diſſertat. 4. n. 10. & ſeqq.* Ac quamvis invito etiam Regi uſque ad XXV. annum dandum eſſe Curatorem. *Tiraquel. de primogen. q. 40. n. 207. Paul. Montan. de jur. tutel. c. 37. n. 68. & ſeqq. Oldrad. conſ. 52. per tot. Iohan. Andr. ad Specul. in Rubr. de Tutorib. Alber. de Roſat. ad Rubr. ( quand. Tutor. eſſe deſin. Domini. in c. gravis circ. med. de ſupplon. neglig. prælat. in 6. Felin. in viceſimum n. 4. de offic. delegati.* exiſtiment, propterea quod fragile & in firmum ſit hujuſmodi ætatis conſiliū, & multis raptionibus ſuppoſitū multorumq; inſidiis expoſitum *l. 1. ff. de minor.* Ita ut rei familiaris cura quamvis rem benè gerenti, homini privato ante XXV. annum

*Et ipſi major dignitas competit.*

*Perſeus, Alex. M. ob Primogenituram regna obtinuerunt.*

*Quoties primogenito alius Prælatus parricidia ſunt ſecuta.*

*Exempla. Otthoman. Ptolomæi Logi. Ptolomæi Phyſci. Anaxandridis.*

*Auctores jus primogenitura defendentes.*

*Dd. Volunt invito Regi usq; ad 25. annum dandum eſſe Curatorem.*

*Ration. ex. j. civil.*

non permittatur, *d. l. 1.* jureq; Civili Minores *XXV.* annis, nec ad Decurionatum, *l. 6. §. 1. l. 11. ff. de Decur.* nec ad alios honores actusque publicos admittantur, *l. 8. ff. de muner.* Unde & *Mecœnas Octaviano ſuaſit,* ne ad Senatoriam dignitatem minores *XXV.* annis promoveret, nec ad præfecturam *XXX.* annorum. *Dion. Caß. l. 35. Hiſtor.*

*Electoris filio tribuitur 18. anno omne jus.*

*Carolus* tamen *IV.* Imperator, ut ſi filius Electoris *XVIII.* annum compleverit, (non ergo annus *XVIII.* incæptus ſufficit, ut *Knich. in comm. ad Ius Sax. verb. Elector. c. 5. n. 42.* tradidit) Jus vocem & poteſtatem, & omnia ab ipſis dependentia, Tutor ipſe ſibi totaliter cum officio teneatur protinus aſſignare, conſtituit, ſicque tam in conventibus Imperialibus, Reichstagen/ quam Comitiis Imperatoriis Wahltagen/ pleno ſeſſionis ſuffragiique jure fruatur *A. B. tit.* 7.

*1. Ob inſtitutionem. 2. Ob Doctorum Virorũ converſationem. 3. Quod aliquando juniores demonſtrant ſe aptos fore Regimini. Carol. V. 17. Anno Regnis hereditariis. 20. Imper. Præfectus. Frider. I. ætate puer electus. Carol. IV. medietatem eſt ſecutus.*

fortaſſis quod Inſtitutio, quæ EE filiis adhibetur, & converſatio cum viris doctis, quos Aulæ Electorales alunt, quique circa latus EE. agunt, *arg. l. 30. ff. de excuſat. tut. l. 19. C. de teſtam. Iohan. Andr. d. loc. Alber. d. l. Molin. in conſuet. paris. §. 8. gl. 1. n. 49.* defectum ætatis supplere facilè queant. Maximè cum & ſæpè in juniori adhuc ætate conſtituti, quidam ſint idonei ad munera publica, adeoque eorum benè aliquando gerendorum ſpem de ſe præclaram polliceantur, ut Deus & natura ad ea illos quaſi efformaſſe ac produxiſſe videatur; *Zelus quippè ad virtutem creſcit juvenibus, ſi cum Senioribus conſtituantur, Seniorum enim converſatio, eſt juventutis perfecta educatio, teſte Imperat. noſtro Iuſtiniano Novel. 5. c. 3.* Ita enim *Carolus V.* nunquam ſatis laudandus Imperator XVII. anno regnis hæreditariis, Imperio verò ætatis XX. præfectus fuit. *Fridericus* quoq; I. ætate puer, ſed mente Senex in Imperatorem electus legitur, *Gunth. l. 1. Ligurin.* Et in omnem eventum Elector ad Regimen Electoratus admiſſus prudentia conſiliariorum minus confirmatum judicium ſupplere poterit. *Montan. d. c. 37. n. 1.* Medietatem vero hac in parte eandem ſecutus videtur *Carolus IV.* Imperator, quam & olim Anteceſſores ipſius, in iis quibus ætatis veniam ad Magiſtratus & honores adipiſcendos conceſſerunt, obſervaſſe conſtat. *l. 57. ff. de rejud. l. 17. C. Theod. de Decur. Cujac. 17. obſ. 34.* quæ ætas inter primam pubertatem & firmatam legitimamque (*XVI.* annorum) ætatem media eſt, & in jure Romano ſuo quodã nomine plena pubertas dici conſuevit. *l. 40. ff. Adopt. §. 4. Inſt. eod.* Quam moderatam

*Prætores*

*Pratores Romani*; tam pro aliis quam pro ſe ad procedendum in publicum ad poſtulandum cenſuerunt. *l. 1. §. 3. ff. de poſtul. Iure* etiam *Longob.* (quod noſtræ tempeſtati paulò vicinius eſt) anno XVIII. ætas legitima definita reperitur. *l. 1. & 5. Longob. de alienat. minor. prohib. gl. in l. 2. ff. de eo quod cert. loc. & in tit. de pac. tenend. in pr.* Illa verò ætatis periodo nondùm exacta, ſed impubere adhuc exiſtente primogenito, ut reliqua omnia, ſic etiam præcipuè in Comitiis, quæ ad officium Electoris pertinent, Tutor ejus nomine expedit, *orat. Heidelb.* 4. *pag.* 46. Quemadmodum exemplo nuperiori tempore *Frider. VVilhelm. Duc. Saxon. Illuſtriſ.* obſervare licuit; Ac ſanè videre eſt, juvenes plerumquè ingenio perſpicatiori eſſe, quam ipſos ſenes, *arg. l. 37. ff. de AEdil. Edict.* memoriaque ingenio reliquisq; adjumentis, quibus ſcientia rerum acquiritur plus interdum valere, Senioribus. *l. 91. 63. ff. de V. O.* Unde non raro reperiuntur, qui ſenes prudentia, rerumque peritia exſuperant, *Bart. Agric. l. 2. polit. hiſtor. de atat. ineunt. offic. c. 13. & c. 15. p. 205.*

*Iur. Longobard. 18. legitima ætas definitur.*

*Ante 18. annũ comparet in comitiis pro E. tutor.*

*Iuvenes ingenio perſpicatiores ipſis ſenib.*

XVIII. Sed quæſtionis eſt non circumforaneæ *num elector annos Carolinæ legis egreſſus, non ſolum ad jus Electionis, verum etiam totius territorii gubernationem admittendus ſit?* Cum lex aut pragmatica Sanctio vel Statutum aliquem qui anno 18. natus eſt pro homine perfectæ ætatis, & legitimæ habeat, perinde ſit, ac ſi iſte annos XXV. naturaliter compleſſet ac majorennis effectus eſſet. *Franſc. Aretin. in l. mora. n. 4. de acquir. hæredit. Caſtrenſ. in l. 2. n. 9. C. de his qui veniam ætat. Carol. Ruin. conſ. 26. num. 4. & 5. Philip. Corne. conſ. 108. n. 7. vel. 3. Auguſt. Bero. conſ. 49. n. 17. & 18. & conſ. 50. n. 20. 30. & 31. vol. 1. Frider. Scot. Reſponſ. 17. n. 6. & 7. tom. 1. l. 3. Cothm. Reſponſ. 42. vol. 1. n. 10. & 11. ubi* in hæc verba ſcribit, quod invictiſſimus ac Sapientiſſimus Romanorum princeps *Carolus IV.* pragmatica Sanctione, quam *A. B.* nominamus, *Noribergæ per text. expreſſ. in fin. proëm. & Tit. 12. A. B. Cruſ. Annal. ſuevic. lib. 5. p. 3. cap. 5. in Paralipom. ad Abb. vrſperg. in Car. 4. Hubert. Thomæ Leod. de Palat. origin. poſt. Marq. Freher. orig. Palat. pag. 20. A. Brun. in Triad. Elect. in Catalog. Elect. Palat.* Anno 1356. *Thuan. 2. Hiſtor. pag.* 100. *Melch. Haimsfeld. à Goldaſt. tom. 1. Conſtit. Imper. pag.* 101. *Chop. 1. de Dom. Franc. c.* 2. *n. 8. Zobell. in diff. jur. civil. & Sax. p. 1. diff. 1. n. 9. Heig.*

*Quæſt. 19. An. E. 18. anno completo, non ſolum ad jus Electionis, ſed & ad territorii gubernationem ſit admittendus? Aff.*

*1. Quia Quem lex 18. anno vult eſſe legitimæ ætatis, perinde eſt, ac ſi eſſet 25. annorum.*

*Quæſt. 20. An Aurea Bulla Norinb. lata ſit? Aff.*

*Notatur error eorum, qui Metis A.B. dicunt promulgatam eſſe.*

*p. 1. q. 8. n. 10. Reuſner. conſ. 11. n. 9.* unde apparet, manifeſtum errorem erraſſe illos, qui eam *Metis* promulgatam fuiſſe, aſſeverũt; ex quorum numero ſunt *Abb. Trithem. in chronic. Hirſaug. an. 1356. Peucer. lib. 5. Chron. in Car. IV. & Auth. chron. colonienſ. in An. 1356. ubi de* Carol. *IV.* Et hunc errorem (quod mirandum) ſeqvitur ipſe Imp. *Sigism.* Caroli filius in *A.* ſua *B.* (quę extat apud *Melch. Haimsfeld. à Goldaſt. d. tom. 1. p. 101.* Is verò antiquus error ( ut rectè quoq; annotavit *Goldaſt. d. l.* ) inde natus eſt, quod in *fin. Tit. 24. in pr.* dicitur, leges ſubiectas in *Curia Metenſi* per *Carol. IV* promulgatas eſſe, id enim aliqui ( non ſatis attentè integram Bullā perlegentes ) de tota Bulla acceperunt *Buxtorf. concl. 4. l. B. & C. An. 1356.* promulgata, ętatem legitimam in Electore XVIII. annũ completũ definit, & Elector ſi eam ætatem attigerit, perinde habetur ac ſi XXV. impleſſet. ( ſecus eſt in eo qui veniam ętatis impetravit. *l. 3.* C. *de his qui veni. ætat.* cũ naturali n. & civili legitimæ ætatis deſignatione, nihil commune habet venia ætatis. *Menoch. conſil. 418. n. 46.* ) Vnde manifeſtũ eſt ijs aſſentiendum nõ eſſe, qui Electoralem quidem dignitatem & prærogativam cum ſuffragio & ſeſſione ab anno XVIII. Electoris primogenito tribuunt, non etiam principatum ad Electoratum pertinentium, adminiſtrationem. Non enim in uno caſu pro majorenni habendus eſt, in altero tutelę ſubiiciendus, ſed per pragmaticam Sanctionem, jam in abſoluta & legitima ætate conſtitutus eſt. Et Anno XVIII. expleto, Tutor & adminiſtrator jubetur protinus, officio decedere, & totaliter primogenito reſtituere, *Ius vocem & poteſtatem, & omnia ab his dependentia, d. tit. 7. A. B.* itaque non Archidapiferiam, vel Maręſchallatum &c. Vicariatum Imperij &c. Sed & ipſam (cujus virtute tanta iſta omnia habet,) provinciam & ditiones cum juribus, dignitatibus & pertinentijs, Individuo enim inſeparabili & indiſſolubili nexu dignitas Electoralis cùm principatu & ejus juribus cohęret, ita ut jus, vox, officium & dignitas cadere non poſſit in alium pręter illum, qui principatum ipſum cum terra, Vaſallagiis & Dominio, ac ejus pertinentiis univerſis dignoſcitur poſſidere ut latè & expreſsè ſanxit *Carolus tit. 20. & in tit. 7.* ibi virtute regni & principatuũ

*2. per text. A. B. Carol. IV.*

ſuorum

ſuorum A. B. Quare E. quæ Imp. inſeparabilia eſſe voluit ſejun-
gunt illi? Ratio hoc exigit, ut quemadmodum Tutor & Admi- *3. ratione*
niſtrator, quamdiu ditioni & principatui tutorio nomine præ-
fuit, eo reſpectu etiam ſuffragium, dignitatemq; Electoralem
tutorio nomine habuit; Ita rurſus cum pupillo plené pubefacto
Electoris poteſtas tradenda & reſtituenda ſit, idipſum fieri non
poſſit, quin ditionem & principatus, in quibus illa dignitas *Queſt. 28.*
fundata eſt, eadem opera reddi & reſtitui ſit neceſſe. Imo nec *An etiam*
de iis tantum *principatibus, qui cum Electoratu individuo nexu junc-* *E. 18. anno*
*ti ſunt: Sed & de reliquis Ducatibus Landgraviatibus &c. ab* *recipiat di-*
*Electore poſſeſſis* idem aſſerendum dicimus, quod videlicet re- *tiones*
ſpectu omnium â tutela anno XVIII. primogenitus Electoris li- *illas quæ*
beretur, & omnium adminiſtrationem recipiat. Individuam *Electorat.*
enim tutelam hanc eſſe, ſupra dictum eſt, & Tutor ſeu Admini- *non ſunt*
ſtrator, *protinus* (non E, poſt aliquot annos, quibus reliqua tu- *coniunctæ?*
telæ pars finiatur) *officio* (omni quod habet) decedere, illudq; *Aff.*
*totaliter*, (nullo E. excluſo, excepto, reſervato) reſtituere jube- *4. ratio*
tur. Et primogenito ſtatim ſuorum fratrum Jmpuberum tutela *2.*
conceditur, *cothm. d. conſ. 42. n. 51.* quę non concederetur, ſi ad-
huc ſub tutela eſſet, *l. fin.* C. *de legitim. tutor.* vel ſi in reliquis
principatibus ipſe, ſicut fratres reliqui Impuberes alium tu-
torem haberent, *§. 5. Inſt. de curat. l. 4.* C, *qui pet. tut.* Abſurdum, *3.*
ſi in majori et nobiliori haberetur pro maiore, in aliis verò &
quod minus eſt curatelę ſubjiceretur, Qui ad eligendum Re-
gem, Jmperatorem per ętatem pro Idoneo habitus. *d. tit. 7.* qui
in partem ſollicitudinis Jmperialis vocatus, & in omnibus Jm-
perii Comitiis inter ſummos illos proceres, Electores conſidens,
ad graviſſimas deliberationes totam patriam Germaniam con-
cernentes admittitur, & (quod Palatino & Saxoni peculiare)
tempore interregni, Vicaria poteſtate ipſum adminiſtrant Jmpe-
rium. *tit. 5. A. B.* eundem à propria provincia adminiſtranda re-
busque ſuis gerendis arcebis? Jmperitè adminiſtrationem
Jmperij conceſſiſſet Jmperator ei, cui principatum ademiſſet.
Suaſit *Mecœnas* olim *Auguſto*, Reip. adminiſtrationem non

 eſſe

eſſe committendum, ei, qui bonis ſuis nondum præeſſet. *Dion. Caſſ. lib.* 53. 4. Et quando Electori cum adminiſtratore curatorio cõveniret? ille hunc vix ferret, & ſubditi Electorem potius, quam hunc reſpicerent, *Knich. de Sax. non provoc. privileg. verb. Elector. cap.* 5. *n.* 66. hæc ſententia quoq; exemplis aliquot & præjudiciis firmata eſt. *Exemplis & præjudiciis.* Sic enim, cum *Ludovicus Palatinus Elector XVIII. annum* expleviſſet, *Patruus Otto*, Dux Palatinus Tutor, ei & Electoratum & Palatinatum reſtituit. Idem novimus factitatum in Illuſtriſ. domo Saxonicâ à *Friderico Wilhelmo.* cum *Chriſtianus II.* Sereniſſimus, legitimos annos compleſſet; Idem meminimus ſervatum in Friderico, hic namq; ab Imperatore *Rudolpho II.* in Comitiis Ratisb. *Anno* 1594. plenariè inveſtitus eſt; Nec huic ſententiæ quicquam derogant argumenta illa quibus potiſſimum pro *Richardo*, cum ea quæſtio inter ipſum & *Fridericum IV. Anno* 1592. ventilaretur, fuit pugnatum. *Reſolutio contrario.* 1. Nam quod primo loco adfertur nihil hac de re *in A.B.* expreſſum reperiri, ideoq; juri communi ſtandum, *arg. l.* 32. §. *fin. C. de appel.* quo cautum, ut rerum adminiſtratio Regibus, Principibus &c. non antea permittatur, quam ſi ad annum 25. pervenerint *d. l.* 8. *de muner. & honor. arg. c.* 2. *de ſupplend. neglig. prælat. in* 6. *Tiraquel. d. q.* 40. *Mont. d. c.* 37. 2. *Caſtald. de Imp. q.* 73. *n.* 25. *Schrad. Feud. p.* 10. *Sect.* 19. *n.* 209. *Nicol. Intrig. de feud. quæſt.* 45. *n.* 107. *& ſeq. Bened. in c. Rainutius. verb. addictæ impuberi. n.* 41. *& ſeqq. de teſtam. Latè Cald. in l. ſi curatorem verb. hunc contractum n.* 46. *de teſtam. An. corſet. de poteſt. Reg. p.* 5. *q.* 86. *n.* 44. *Brez. conſuet. Biturig. verb. des conſtumes de l' æſtat des perſonnet* §. 8. *gl.* 2. *Gylm. Symph. tom.* 3. *fol.* 103. *Schneid.* §. 1. *n.* 10. *Inſt. de tutor.* Id enim falſum eſſe ex prædictis ſatis liquet, præcipuè verò ex ſæpè citato *tit.* 7. ibi *Ius, vocem & poteſtatem, & omnia ab ipſis dependentia, Tutor ipſe ſibi totaliter cũ officio teneatur protinus aſſignare.* Secundò fortiſſimè objicitur, *Sigiſmundi Imperat.* conſtitutio de *Anno* 1438. 8. *Martij*, hac enim omne dubium reſecari contra ſentientes ſentiunt, ac quidem in hiſce verbis ſequentibus. Quoad caſum eligendi, inquit *Imp. Sigiſmundus*, Romanorum Regum debitam ætatem cenſeri volumus 18. annos completos. In principatibus autem, & Ducatibus gubernandis, ætatem obſervandam decernimus prout à Divis Romanorum Impp. & Regibus, noſtris præde-

prædeceſſoribus eſt ſancitum. Verùm nihil hæc conſtitutio obſtat, declaratoria hæc Bulla eſt, non derogatoria Carolinæ, ad quam ſeſe refert, ut probat id ipſum referentis, & relati qualitas. De principatibus itaque Ducatibus, & dominiis aliis temporalibus loquitur Imp: Non de illis qui cum Electoratu individuo nexu junguntur: Non de illis qui ab Electoris primogenito (quem XVIII. in legitima ætate conſtituit, & ſic verè majorennem declarat ipſe Imp. Sigiſmundus) poſſidentur. Atque hoc modò intelligendum eſſe hanc Sigiſmundi Bullam, è veſtigio ſubſequutum Ludovici Electoris exemplum, ſupra relatum, demonſtrat. Nam *An. 1424.* natus erat, & *Ann.* 1542. in urbe *Aquisgr. à Friderico III.* tunc Romanorum Rege, pleniſſimam inveſtituram Electoratus accepit, ut ex Actib. Heidelbergenſ. teſtatur. *Marq. Freher.* Quid? *Carolus IV.* deinde in diplomate quodam dato *Columbariæ An. 1454.* Jus Electoratus cum Palatinatu cohærere teſtatur, quod etiam eodem anno ſcripſiſſe *Carol. IV.* quo *A. B.* condidit. docet, idem *Marq. Freher. in orat.* 1. *de propugn. Frider. IV. fol. 29.* quem omninò de hac controverſia vide: juxta ac quoddam Palatinorum ſcriptum ſub hoc tit: kurtzer bericht vnd bedencken Ob dem Durchl. Hochgeb: Fürſten vnd Herren/ Herren Friderichen Pfaltzgraffen bey Rhein/ Jhr. Churf. G. anerbte Landtregierung/ noch dero alters XVIII. gebühre: oder aber deren adminiſtration biß nach deß Churf. XXV. Jahr/ Dem D. H. F. vnd H. Herrn Reicharden Pfaltzgraffen bey Rhein/ rc. vnter dem ſchein vnd nahmen legitimæ Curatelæ &c. vberlaſſen werden ſolle/ Impreſſum *Heidelb. An. 1592.* & huic noſtræ ſententiæ calculum adjiciunt, præter *Freher. d. loc.* & modo allega. ſcrip. etiam *Knich. d. loc. verb. Electorum c. 5. n. 66. Roſenth. de feud. c. 12. §. 10. n. 19. A. Hering. de Fidejuſſ. c. 5. n. 107. Matth. Steph. de Iurisd. l. 2. p. 1 cap. 5. n. 73. & ſeq. Schonb. l. 2. polit. c. 14. circa fin. H. Bruckner. in app. ad. decad. Theol. Gerhard. Mayoard. 1. deciſ. 76. lit. C. Buxtorff. ad A. B. concl. 86. lit. H. Ant. Coler. de jur. Imp. Germ. ſect. 55. Andr. Gebard. apud Arumæ. diſcurſ. 21. ad tit. 7. A. B. n. 56. & ſeqq.* Idem apud eund. *diſcurſ. 31. decad. Illuſt. quæſt. q. 2. Dan. Otto. in tr. jur. publ. c. 27. fol. 180.* Ex prædictis conſtare videtur reliquos Principes à curâ anno ætatis XVIII. non liberari. Exceptio namque firmat

*6. Ex ſanctione Carol. IV.*

*7. Dd. authoritatib.*

*Quæſt. 22. An reliqui Principes. Anno 18. à tutela liberētur, & Cura.*

mat Regulam in omnibus aliis caſibus non exceptis. *l. 4. §. fin. ff. de pen. legat. can. 6. cauſ. 32. q. 7. Sixtin. conſ. Marpurg. 8. n. 6. vol. 3. Iohann. de Immol. Felin & Dd. in cap. 2. de offic. delegati, Capra*
2. *conſ. 165. n. 20. Burſat. poſt alios à* ſe adductos *in conſ. 114. n. 29.* idq; potiſſimum probat, ſi tamen, quid probat ſuprà ſæpius allegata conſtitutio Jmperatoris *Sigismundi*. Reliquos Duces principes, qui Electores non ſunt neq; Electoratum re ipſa obtinent *Ann. XVIII.* tutela non liberari, in his, inquit *Sigismundus*, ætatem debitam obſervandam decernimus, prout â Divis Rom. Jmpp. & Regib. prædeceſſoribus noſtris eſt ſancitum & conſtitutum. Cui
3. conſentit *Carolus V.* In der Policey Ordnung zu Augſpurg An. 1548. auffgerichtet/ his verbis. Wir wollen allen vnd jeden Churfürſten/ Fürſten/ Prælaten, Herren/ vom Adel vnnd Communen hiemit ernſtlich aufferlegt haben/ vñ befohlen in jhren Fürſtenthumen vnnd Herſchafften/ Obrigkeiten vnd gebieten/ dermaſſen verſehung zuthun vnd zuverordnen/ daß den Pupillen vnnd minderjährigen Kindern in der zeit/ biß ſie zu jhren vogtbahren vnd manbaren Jaren kommen/ Vormunder vnnd Vorſteher/ die da jhnen von jhren Eltern in teſtamenten oder letzten willen nicht verordnet/ oder jhre angebohrne Freunde vnnd Verwandten/ ſich der Vormundſchafft auß rechtmäßigen vrſachen nicht vnderziehen wollen/ oder darzu tauglichen vnd geſchicket wehren/ gegeben werden/ eadem verba repetuntur in der Policey ordenung *An. 1577.* gebeſſert. *tit. 32.* Wann aber nun den Obrigkeiten zuſtehet in dem gebürlich vñ billich einſehens zuhaben/ damit die Pupillen vnd minderjährigen Kinder vnbetrogen vnd vnvernachtheylt bleiben: So wollen wir allen vnd jeden Churf: Fürſten/ Prælaten, Herren/ vom Adel vnd Communen hiermit ernſtlich aufferlegt vnd befohlen haben/ in jhrẽ Fürſtenthumben/ Herrſchafftẽ/ Obrigkeiten vnd gebieten/ dermaſſen vorſehung zuthun vnd zuverordnen/ daß den Pupillen vnd minderjährigen Kindern jederzeit biß ſie zu jhren Vogtbaren jahren kommen/ Vormunder vnd Vorſteher/ da die jhnen von jhren Eltern in teſtamenten oder letzten willen/ nicht verordnet/ oder jhre angeborne Freund vnd Verwandten ſich der Vormundſchafft auß rechtmäßigen vrſachen nit vnderziehen wolte/ oder darzu vntüglich vnnd vngeſchickt weren/ gegebẽ werden. Aquo, cum jus diverſum in ejusmodi

principibus introductum nō legamus, meritò etiam Ius commune ſequimur *l. 27. C. de teſtam. l. 32. §. final.* C. *de appel.* Quamvis *Cothm. d. conſ. 42. n. 52.* putet ex d. Caroli V. conſtitutione argumētum â contrario ſenſu legitimè duci, & Duces inferiores multo magis ab *Ann. 18.* ad legitimā ętatem pervenire & Ducatuū ſuorum Dominium & adminiſtrationē ſine Curatore ſuſcipere, atq; etiam fratrum ſuorū tutelam Fiduciariam, ſi res poſtulet, in ſe accipere poſſe, pręſertim, ſi non ſint propinquiores & fideliores quorū tutelæ & curæ commendentur: *l. 36. ff. de Excuſat. Tut.* Verum quicquid ſit, hic cujusq; principatus ac loci conſuetudinem attendendā eſſe cenſemus; Sic enim in *Palatinatu, Saxonia, & Marchiá Brandeburgenſi*, Item ex principib. *Brunsvic. Lünaburg. VVürtemberg. Haßiac.* aliisq; Illuſtr. familiis ætatis āno XVIII. ad territorii & principatuum gubernationem admiſſos fuiſſe, notū eſt. *Ant. Coler. in diſp. 4. Iſagog. Iurisp. monit. 1. & de jur. Imp. ſect. 65. Dan. Otto c. 17. Gerh. d. diſcur. 31. q. 3.* Multa hic de jure primogenituræ, imprimis verò, *Num tutela filii Electoris impuberis quæ ex diſpoſitione A. B. c. 7. ad proximum Agnatum Seniorem pertinet, teſtamēto mutari poßit?* ut & de alijs quibusdā ſua neq; difficultate neq, etiā fructu carentib. quęſtionib. dicēda eſſent, verū tēporis anguſtiá pręclusus in aliud tempus commodius hæc differo, interim tamen, *ſi cui de hisce animus eſt conferendi, interroganti* reſponſum dabo. *Vbi* ſimul monendum, ea quæ hactenus de proximo Electoris agnato in A. B. ſancita, protulimus, ut is in Comitiis comparere, omniaq; ad officiū tutoris pertinentia agere poſſit, hoc caſu non procedere, ubi *Rex Bohēmiæ* annorū defectu laborat, nam tum non proximum agnatum, ſed proceres regni ad Electionē admitti cōſtat; quod *An. 1519.* in Electione *Caroli V.* præjudicio ſancitum eſt. *vid. Goldaſt. polit. imp. p. 1. tit. 20.* pauca quædam de Electorum privilegiis adiiciemus.

*Diſſ. Cothman.*

*Aliud ſervatur de conſuetudine.*

*Quaſtion. quadam ad integr. Comitio. tract. reſervantur & imprimis illa. Quaſt. 23. An tutela Elect. proximo Ag. ſeniori ex A. B. debita, poßit auferri. teſt. Neg.*

XIX. Sunt autem *privilegia* EE. competentia *communia* vel *Singularia*: Illa quę omnibus EE. competunt, & viciſſim vel EE. *perſonam*, vel *Res*, vel *proceßum* reſpiciunt; quę *perſonam* vel hujus *dignitatem*, ſive pręeminentiam vel *tutelam*: Quæ ad præeminentiam ſive pręcedentiam habetur in *tit. 6. 3. & 4. A. B.* quo datum

*Privileg. EE. ſunt communia vel ſingul. commun. pertinent ad EE. Perſon. & vel ad dignitatem.*

tũ EE. Eccleſiaſticis & Secularib⁹ ut eis vel eorũ alicui, in q̃buscunq; *actib. ad curiã* ipſam ſpectãtib. *eundo, ſedẽdo, vel ſtando, nullus* princeps cujuscunq; ſtatus, Dignitatis præeminentiæ vel conditionis exiſtat, ullatenus, *præteratur, d. tit. 6.* In tantùm, ut etiam ipſos *Cardinales*, contr. quam diſputat *Barbat. de præſtantia Cardinal. q. 1. n. 24. & Reges* (excepto Romanorum *tit. 24. in fin. A. B.*) in curiæ celebratione præcedant. *d. tit. 6. A. B. Cubach. in Iurisp. Germ. c. 29. n. 7. Beindorff. de Elect. Reg. Roman. th. 79.* hanc ſingularem dignitatis prærogativam, cum ita ex longa conſuetudine, quæ omnium rerum magiſtra & Domina. *A. Gell. 12. Noct. Attic. 13.* ac ubivis inſpicienda *l. 71. ff. contrah. Empt. l. 23. ff. dell. l. 2. ff. de Conſtit. princip. l. 1. C. quæ ſit longa conſuetud. can. 4. & 11. diſt. 12. l. 183. ff. de R. I. l. 85. eod.* fulcerint, eam citra ambitum cum laude defendunt. *Menoch. Conſ. 51. n. 3. vol. 1.* ac injurii ſunt & qui alios in tali prærogativa turbant, *l. fin. C. de primicer. lib. 12. c. 6. ext. de majorit. & obedient.*) imo & ſacrilegii Rei. *l. 1. C. ut dignitat. ord. ſervetur lib. 12.*) & qui ſe turbari patiunrur, cedentes de ſuo jure. Et quia de Regis Bohë. prærogativa dubitari poterat, ſignanter *d. tit. 6.* A. B. cavet, ut in talibus actibus Curiarum, omnes alios Reges (excipe Romanum *d. tit. 24.*) cujuscunque etiam dignitatis ſint, præcedat, ubi *Buxtorff.* etiam ipſam *Imperatricem d. tit. 24. in fin.* licet aliâs prærogativam Jmperatoris ut & privilegia habeat, *l. 31. ff. dell. l. fin. C. de quadr. præſcript. l. 6. §. final. ff. de jur Fiſc.* Quam tamen extra hos actus ſolennes non habiturus; quos ad cum A. B. ſe reſtringat, **extra eos non** operatur, cum conſtitutio limitata extra limites non ſit extendenda. *l. 16. ff. de Acqui. R. D. l. 2. ff. de his. quæ in teſtam. delentur. l. 3. ubi Bald. Salicet. C. de tranſact. zaſ. conſ. 16. n. 65. vol. 2.* Quæ alias inter EE. ſit ſeſſio & præcedentia, habes in *tit. 3. 4. A. B.* *Quod tutelam Electorum concernit*, eſt in *tit. 24. A. B.* prohibens EE. læſionem ſub gravi bonorum publicationis & memoriæ damnationis pœna. *d. tit. 24. l. 5. C. ad L. Iul. Majeſt.* Nam ſi quis cum principibus, militibus, vel privatis, ſeu quibuscunq; perſonis plebeis ſceleſtam factionem, aut factionis illius inierit Sacramentum, vel dederit, de nece venerabilium & Illuſtr. S. R. J. principum EE. ſeu alterius eorundem, ipſe, (ut puta *Majeſtatis Reus*) gladio feritur, & bona ejus omnia Fiſco Jmperiali addi.

*Cardinales Non Reges. Rex tamẽ Roman.*

*Idem competit Regi Bohëm. qui & Imperiatric. præcedit.*

*Licet ea gaudeat privilegiis Imp.*

*De ſeſſione EE.*

*Vel Tutelam corporis. Committitur in eos crimen læſæ Majeſtatis.*

addicuntur *A. B. tit. 24.* hac addita ratione, quod & ipſi pars corporis Imperatoris ſunt, quomodo etiã *Arcad. & Honor. Impp.* graviſſima Majeſtatis pœna, non modo ſuam, ſed etiam ſuorum conſiliariorum virorum Illuſtr. ſalutem muniverunt, *d. l. 5. l. 8. C. de dignitat. lib 12* & non tantum effectus punibilis, ſed & conatus & voluntas, *cum eadem ſeveritate voluntatem ſceleris, qua effectum, jura puniri voluerint*, ut ſunt verba *text. d. tit. 24. l. ult. d. l. 5. C. ad l. Iul. Majeſt.* (intellige tamen voluntatem externe declaratam. propter *l. 19 ff. de pœnis.*) *Mynſ. Reſp. 44. n. 9. & ſeqq. Heig. p. 1. q. 4. n. 26. & in §. 3. Inſt. de publ. jud. Weſemb. ibid. Matth. Steph. c. 5. l. 2. p. 1. n. 76. Harprecht. in tr. criminal. ad §. 3. Inſtit. de publ. Iud. n. 23. & p. 1. diſput. 27. th. 7. Vivi. lib. 2. opin. 246. Eman. Soar. in theſau. recept. ſent. l. N. n. 7. & 8. D. Arniſa. de jur. Majeſt. l. 1. c. 1. n. 7. Farin. de crim. læſ. Majeſt. q. 112. n. 66. Tiber. Decian. in tr. crim. l. 7. c. 5. n. 2. Camman. diſp. 10. de jur. Majeſt. th. 44. Althuſ. l. 1. Dicaolog. cap. 131. n. 12. D. Hunn. colleg. crimin. diſput. 10. th. 58. Ioh. Reuter. de crimin. læſ. majeſt.* Verum quæſtionis eſt admodum controverſę,

*Qu. 4. An crimen læſæ Majeſtatis? indiſtinctè in EE. cõmittatur? Aff.*

*Num pœna illa, qua, adverſus E E. crimen læſæ Majeſtatis committentes, puniũtur, indiſtinctè locum habeat? Aff. Eman. Soaretz in Theſaur. recept. ſent. lit. M. n. 7. & 8. Vivi lib. 2. opinion. 246. p. Heig. p. 1. q. 4. n. 26. & ad §. 3. ubi & Weſemb.* ſibi contrarius *D. Harpecht. n. 23. Inſt. de publ. iudic. idem p. 1. diſp. 27. th. 7. Hunn. colleg. crim. diſp. 10. th. 58* per *tit. 24. A. B.* qui cum non diſtinguat, nec nobis, an odio Imp. lædantur an minus, diſtinguendum *l. 8. ff. de public. in remact. l. 3. in fin. ff. de offic. præſid.* Et diſpoſitum de toto cenſetur diſpoſitum de parte quoquo modo, *l. 78. ff. de R. V. l. 51. in fin. ff. de adminiſtr. tuto. l. 21. l. 113. l. 147. ff. de R. I. c. 35. 80. eod. in 6.* maximè ſi lex ſe in deciſione partis ad deciſionem totius referat. At verò de Imp. ita Lex Iulia diſponit, ut adverſus ipſum indiſtinctè cõmittatur, *§. 3. Inſt. de publ. judic.* E. & adverſus E E. indiſtinctè committetur; ut de quibus, *d. tit. 24.* diſponit, quod ſint pars corporis Imperatoris. Verum hanc ſententiam alii non probant, ſtatuentes, hoc crimen in E E. demum committi, ſi odio principis lædantur, alias non item, *Myns. Reſp. 44. n. 14.* tùm, quia hoc æquius ſit, & odioſa reſtringat, arg, *l. 8. ff. de R. I. l. 14. in fin. l. 39 §. 6. 1. l. 43. in fin. 2. l. 29. § 1. l. 75. ff. de legat. 3. l. 83. §. 3. l. 109. ff. de v. o. l. 4. §. 3. ff. de ſuſpect. tutor. l. 42. ff. de pœn. c. 15. de R. I. in 6.* tùm, quia ſic

*d. tit.* explicetur ſecundum jus commune ( quod omnino faciendum *l. 54. §. 1. ff. locat.* ) *t. 5. C. ad L. Iul. Majeſt.* ubi demum in conſiliarios committatur, ſi odio Principis, & ut pars ejus lædantur, non verò ſi privato. *Bart. in l. hoſtes. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. Iſern. in c. 1. verb. bona committ. quæ ſint regal. n. 5. Afflict. ibid. n. 11. 57. & 63. Pariſ. de Put. in tr. ſynd. in verb. injuria official. c. 4. num. 3. Laudenſ. in tr. crimin. læſ. Majeſt. q. 2. Gig. tr. eod. ſub tit. qui & à quib. q. 14. Capit. deciſ. 130. n. 13. Alciat. conſ. 467. n. 6. Bellamer. conſ. 15. Guid. Pap. deciſ. 344. in fin. Salicet. Bl. in d. l. 5. Weſemb. conſ. 57. n. 6. Menoch. conſil. 99. n. 9. Gravet. conſ. 6. n. 79. tom. 1. Roland. à Vall. conſ. 1. n. 32. vol. 3. Hackelm. diſp. 24. th. 15. l. d. Treutl. diſp. 32. vol. 2. th. 1. lit. C. ibique in not. D. Bachov. & D. Hunn. in Reſol. q. 7.* Verum

*Reſolutio contrario.* cum *d. l. 5. & d. tit. 24.* ſatis ſint generales & certi, uti videre eſt apud *D. Hartprecht. d. l. Et d. l. 9.* cum aliis juribus ſupra allegatis, in

1. dubio procedat, prior ſententia videtur firmior. Nec quicquam ob-

2. ſtat ratio ſecunda, nam, ſive ex odio in Imp. ſive in conſiliarios ejus, privato ſive publico quis ad hoc crimen proſiliat reum eum eſſe *Majeſtatis*, in *puncto juris verius* fatentur. *Decian. l. 7. c. 5. n. 4. tr. crim.* ubi pro hac ſententia allegat, *Innoc. in c. 1. n. 3. de offic. deleg. & ibid. Bl. poſt Bernhard. n. 7. Tholoſan. lib. 35. c. 3. num. 5. clar. 5. ſent. §. læſæ Majeſt. n. 5. Rube. conſ. 145. Harprecht. d. l. n. 13. & ſeqq. Sixtin. de Regal. c. 20. n. 24. lib. 2. Bocer. claſſ. 4. diſp. 11. th. 1. & tr. de Regal. c. 3. n. 104. & tract. crim. læſ. Majeſtat. cap. 2. num. 29. & ſeqq.* Sequuntur privilegia, quæ EE. habent in rebus ſive bonis, de quibus

*Receſſ. 1. Ius Argentar. Salin. & aliarũ fodinarũ. Regalia.* in *tit. 9. & 10. A. B.* I. erga Jus *Argentariarum Salinarum, & aliarum Fodinarum, d. tit. 9.* quod EE. ſpeciatim ( quia *Regalia 2. feud. 46. Gæden. conſ. 1. in ordin. 2. n. 1. Heig. p. 1. q. 4. n. 30. & q. 73. n. 26. Borcholt. 1. de Regal. n. 87. Weſemb. de feud. c. 4. n. 5. & conſ. 60. n. 4. Zaſ. conſ. 6. n. 6. & conſ. 16. n. 6. vol. 2. Caſſan. p. 5. conſider. 24. de glor. mund. Borti. de jur. Majeſt. concl. 44.* ) conceſſit Carolus IV. in Electoratibus, cum omnibus jurib. *Rauchbart p. 1. q. 23. n. 8. D. Arumæ ad c. 5. A. B. fol. 214. Sixtin. de Regal. c. 16. n. 18. D. Arniſæ. l. 3. c. 4. n. 4.* Etiam in fundis privatis, non quidem in totum, & quoad ipſam etiam proprietatem ( ſic enim cum in uſu ſint privatorũ *l. 32. §. 1. ff. de uſufr. legat. l. 13. §. 5. ff. de uſufr. l. 7. §. 14. ff. ſolu. matrim. l. 3. C. de metall. lib. 11. l. 9. §. 2. ff. de uſufr. l. 3. §. fin. ff. de reb. eorũ qui ſub tutel. l. 13. §. 1. ff. comm. prædio. l. 4. §. 7. ff. de Cenſib. Cujac. 15. obſerv. 21. D. Bocer. c. 3. n. 165. de Rega.* Jus tertij dare nõ potuit

*3.Reg.3.Ezechie.46.v.18.Deut.17.l.10.ff.de I.& I.§.3.Inſt.eod.l.7.C.de precib.Imp.offer.l.3.C.de Reſcind.vend.1.F.7.§.2.Inſt.de his qui ſui vel alie.jur.l.11.l.74.l.75.de R.I.c.22.eod.in 6.d.l.13.§.1.ff.com.præd.l.14.l.66.ff.de condict.indeb.l.25.ff.rer.amot.l.206.ff.de R.1.c.48.eod.in 6.l.16.ff.de S.R.P.l.17.§.4.ff.de inſtit.act.l.12.§.1.ff de diſtract.pignor.l.2.§.10.ff.ne quid in loc.publ.)* tantũ quoad decimã *d.l.3.C.de metall.* quæ antea Imperatori ſoluta *d.l.3.l.17.§.fin.ff.d.V.S.Zaſ.vol.2.conſ.16.n.69.Iacob.Alvar.præpoſ.Alex.ind.Tit.56.in verb.Argentariæ.* nunc debetur EE. de fodinis metallorũ inventis & inveniendis.*d.t.9.Gæden.d.conſ.1.n.2.& conſ.3.n.3.& 9.Schurff.conſ.26.vol.1.Schneid.de f ud.p 2.num.104.Heig.p.1.q.4.n.30.& q.13.n.26.* Et ſic Interpp. Jura Regalia argent.metalli-ſaltẽ quoad decimã, Principib. & ſuperiorib. Dominis largiuntur, reliquã utilitatẽ a. prout & fodiendi & ſcrutandi metalla, etiã ſub alieno ſolo, licentiã cuiq; diligẽti indagatori liberã faciunt, ut videre eſt ex *Feudiſt.in d.Tit.56.Iacob.de S.Georg.in verb. cum argentifod.n.1.&ſeq.Schneid.d.p.2.n.104.& ſeq.Roſen.eod.tr.feud.c.5.axiom.85.& ſeq.Vult.tr.eod.c.5.n.7.Boſſ.in pract.rubr.de metall.n.3.11.& 12.Garſ.de expenſ.c.22.n.47.Caroc.de locat.p.4.tit.de remiſſ.merced.q.10 fol.193.Weſemb.conſ.45.n.24.Gæden.conſ.1.2.3.Schurff.d.conſ.26.vol.1.* verum ſcribit. *Heig.d.p.1.q.13.n.29.* de hac Dd.opinione ſe nõ leviter dubitare, cum undiquaq; circũſpiciens videat, Metallorũ jura à privatorũ rationib.longo intervallo diſcreta, ſic ut privatis non niſi cõceſſione EE. Principum, aut Dominorum, fodinas facere liceat, & quod erutũ inde ſit, cum onere, decimarũ poſſidere: imo & in locũ ad hoc deſtinatũ, monetæ & publici uſus cauſa deferre, neceſſe eſſe, prout & paſſim varia jura diverſis in locis ad hoc conſtituta reperiantur, ad auri, argenti, cupri, ſtanni, plumbi, & ferri fodinas eos tãtũ admittentia, qui conceſſionem deſuper expreſſam obtinuerunt. Fodinæ n. *d.tit.6.* cõceſſæ EE. ſunt de Regalib.*d.tit.56.Land.l.1.art.35.* quæ privatorũ non ſunt, & tantũ privilegio inveſtituræ, aut immemoriali præſcriptione acquiruntur, *Mynſ.reſp.34. n. 9. VVeſembecc.conſ.60.n. 6. panormit. in c. quod per translationem & 2. notab. de offic. deleg.* & alii magno numero. *à VVeſemb. d. l. allegata c. 26. §.1.extr.de V.S.l.6.C.de præſcript.30.ann.2.feud.56.* ibi niſi ſpecialiter *l.3.§.4.ff.de aqu. quotid. & æſtiv.* II. Eſt *Ius Teloniorum, Vectigalium A. B. tit. 9. in fin.* (quanquam hoc jure cæteri quoq; principes nunc gaudeant, ut tradit *Sixtin.de Regal c 6.Hypp.Riminald. conſ.72.n.123.Boxt.ad A.B.concl.91.lit.B.Obrech.diſp.de Reg.th.118.& ſeqq.Col.*

*Quæſt. 25. An Imp. jus tertii lædere poſſit? Neg.*

*Quæſt. 26. An jus argent ſalin. & metall. tantum quoad decimam, an vero etiam quoad proprietatem pertineat ad EE.? Poſter. Aff.*

*2. Ius Telonio. Vectig. Competit. alus etiam Principib.*

*Non tamen nova, nec inconſueta.*

*de jur. Imper. ſect. 40. D. Bacchov. ad Treut diſput. 17. p. 2° th. 9. lit. A.)* quo in Ditionibus vectigalia colligunt ſcil. indicta & conſtituta *d. tit. 9.* non indebita & inconſueta. *tit. 17. in ſin.* non nova. *d. tit. 9.* eorum enim poteſtas & authoritas & inſtuendi & augmentandi publica eſt, nec ſolent nova vectigalia inconſultis principibus

*Id ſoli competiit Imp. olim Rom.*

inſtitui *l. 3. C. vectig. nov. inſtit. non poſſ.* nec id vel Curatori, vel Curię ſine Imperiali præcepto licet, *l. 10. pr. ff. de public. & vectig.* ſed ſoli Imperatores ea, vel ipſi inſtituunt, vel ut inſtituantur permittunt. *l. 1. 2. 3. C. d. tit. c. 10. & ibi gloſ. in verb. Regum ext. de cenſib. c. 26. §. 1. Extr. de V. S.* quoniam vectigalia ſunt de Regalib.

*Ideo refertur ad Ius maieſtatis eorum inſtitutio & ad maiora Regalia.*

*2. feud. 56.* vnd gehören zu Kayſerlicher ſonderlicher hoheit vnd reſervaten, ut dicitur in R. A. zu Regenſpurg *de An. 1576.* §. dardurch dann/ & eſt text. in Vet. ſpecul. Suevico. *lib. 1. c. 12. §. 3.* ibi, alle Zöll vnd alle Müntze / die im Röm. Reich ſeind/ die ſind eines Röm: Königs/ vnd wer ſie will haben/ Er ſeye Pfaff oder Leye/ der muß ſie haben von dem Röm: Reich vnd von dem Röm: König/ tertia tamen pars de jure Civili ad municipia ſpectabat *l. finali C. de vectigal.) Boſſ. in pract. qui vectig. impon. poſſ. n. 4. Myns. C. 5. O. 29. Tholoſ. 3. Syntag. 3. n. 2. Cæpol. de S. R. P. c. 26. n. 10. Clap. de Ar. Reipub. c. 21. Gylm. vol. 5. ſymph. tom. 3. D. Becht. de Securit. & ſal. conduct. th. 71. Menoch. conſ. 32. n. 3. Gravet. conſ. 195. n. 5. Modeſt. Piſtor. 1. conſ. 4. n. 1, Weſemb. cons. 27. n. 24. & cons. 45. n. 8. Myns. decad. 11. Reſp. 1. n. 97. Knich. de territ. jure. c. 3. n. 324. D. Bachov. ad d. disp.*

*male ad merum Imperium Iurisdictionem patrimonialem.*

*18. d. th. 9. lit. A. & ibi D. Hunn. q. 44. licet* alij minus rectè ad Imperium Merum referant. *Bald in l. etiam C. de execut. Rei jud. n. 21. libr. 2. conſ. 20. num. 8. & 9.* alii pejus ad Iurisdictionem patrimonialẽ *Alber. Fichar. in l. Imperiũ ff. de Iurisd. Mindan. l. 2. c. 45. n. 9.* quem refutat *D. Arniſæ l. 3. c. fin. n. f. de jur. Majeſt. Roſenth. de feud. c. 5. concl. 74. n. 6.*

*hodie vero EE. requiritur conſenſus. quoad Imperat.*

Verum nec hodiè Ius inſtituendi nova vectigalia ſoli Imperarori competit, propter Capitulationẽ Imperii, qua cum electis Imperatoribus caveri ſolet ne fas ſit eis absq; ſtatuum conſenſu, etiam neceſſitate urgente vectigalia nova aut tributa imponere vel vetera augere. R. A. de *An. 1576.* §. weiter ſeind wir. *Sleid. l. 1. comm. pag. 17. Myns. C. 5. obſ. 31. Heig. q. 18. n. 7. p. 1. Danis. in jur. Cam. tit. 231. Vasq. de ſucc. progreſ. in præfat. n. 115. Mich. d. jurisd. concl. 11. lit. C.* In ijs enim, quæ in ſingu-

lorum

lorum detrimentum tendunt & odioſa ſunt, in quorum numero cenſet *Bart.* vectigalia. in *l. ſi pupillas* §. *fin. ff. ad L. Aquil.* princeps nihil facilè ſtatuere debet, niſi de communi conſenſu eorum quorũ intereſt, *arg. c. 33. & ibi Dd. ext. de jurejur. Lucas de penna ad l. unicam. C. de ſuperind. lib. 10. Macer. in pract. forenſ. tit. de talliis. n. 24. & ſeqq. Capic. deciſ. 148. n. 11. Schurff. conſil. 208. n. 17. C. 3. Cravet. conſ. 814. num. 4. Knich. d. c. 5. n. 60. & 61. de jur. Sax. verb. Ducum Saxon. Roſenth. d. c. 5. concl. 13. n. 12. D. Bach. d. th. 9. lit. B.* Sic nec Reges GALLIÆ. *Bodin. 6. de Rep. 2.* nec ANGLIÆ. *Heig. d. q. 18. num. 8.* nec HISPANIÆ. *Parlador. 1. rer. quotid. c. 2.* nec HUNGARIÆ, DANIÆ, POLONIÆ. *Heig. d. n. 8.* nec SICILIÆ. *Bologn. conſ. 1. n. 11. & ſeq.* ſine procerum & Ordinum approbatione, nova tributa aut vectigalia imponere poſſunt. III. Eſt *jus Monetæ*, hoc enim cum uno ore omnes *ICti* inter Regalia reponant *Seiſſel. Specul. feudal. Rubr. de his qui feud. dare poſ. Zaſ. p. 5. feud. n. 14. & conſ. 16. n. 24. l. 2. Bodin. 1. de Rep. ult. & 6. de Rep. 3. Tholoſ. 9. de Rep. 1. n. 31. Clap. de Ar. Rerump. 1. c. 16. Damh. in prax. crim. c. 65. n. 1. Peregr. de jur. Fiſc. tit. 1. n. 25. l. 1. Sixtin. de Regal. c. 9. n. 17. 18. & ſeqq. Borcholt. tr. eod. n. 55. Obrecht. eod. n. 221. & ſeqq. Cujac. eod. Roſenth. d. c. 5. concl. 48. n. 1. D. Vultei de feud. l. 1. c. 5. n. 7. Laudenſ. tract. de monet. in pr. Boſſ. tit. de monet. n. 1. Curt. ſenior in tract. ejusdem tit. in pr. Lancell. l. 1. c. 1. de Imperat.* §. *4. verſ. in hoc verſiculo 11. n. 1. Coraſ. 3. Miſcell. 13. Pinel. ad l. 2. de reſcind. vendit. p. 1. Rubr. & ibi Soar. in not. ad n. 6. Giarch conſ. 2. de monet. Chop. de domant. l. 2. tit. 7. n. 15. Budæ. de re numm. c. 4. lib. 1. Vivi. deciſ. 201. num. 2. Ferrar. Mont. de F. l. 5. c. 7. Schneid. de feud. p. 2. n. 117. D. Bocer. c. 2. d. Regal. n. 222. D. Beſold. claſſ. 1. polit. c. 4. n. 50. & 51.* EE. ſpecialiter indultum eſt, *tit. 10. A. B.* Quod Jus tamen & aliis quoque Statibus communicatum R. A. *Anno 1524.* §. Dergleichen. *Anno 1551.* §. So haben wir auch/ & §. Vnd ſollen derowegen. *de Anno 1570.* §. Als dann die Müntz-Gerechtigkeit keinen mercantz/ ſonder vnſer Käyſ. Regal. ſo die Müntzſtände/ auß vnſerm ſondern vertrawen/ nicht zu jhrem ſelbſt geſuchtem Vortheil/ ſondern wie wir ſelbſt/ dem H. Reich zu Ehren vnd Wolfahrt brauchen ſollen/ *Anno 1559. Arumæ. ad d. tit. 10. A. B ibique Buxtorff. concl. 92. lit. E. Heig. p. 1. quæſt. 4. num. 30. D. Arniſæ. l. 2. cap. 2. de jur. majeſt.* quapropter

*In iis nihil Imp. ſolus temere debet ſtatuere, quæ ad ſtatus Imp. pertinent detrimentum.*

*Rex Galliæ Angl. Hiſp. Hung. Dan. Polon. Sicil. ſine procerum conſenſu nova tributa non imponunt.*

*3. Ius monetæ. Eſt Regale.*

*Competit aliis etiam principib. &c.*

pter cum eò res perveniſſet, ut & privatis Jus monetandi concederetur, Müntz-Ordnung Ferdin. *Anno* 1559. §. Wo aber jemands / hincque multa incommoda in Remp. redundarent, uti proh dolor paucos ante annos maximâ certe cum Reip. clade experti ſumus, ideo hodiè in Capitulatione Imperator promittit ſe ſine conſenſu EE. nulli imposterum ſtatui jus monetandi conceſſurum. Wir ſollen vnd wollen auch hinführo/ohn vorwiſſen der Churfürſten niemandts weß Standtes oder Weſens der ſey/ mit Müntz Freyheit begaben/ oder begnadigen / ne ſcilicet quod ſpecialiter in uſum publicum inventum eſſe conſtat, in privatorum tranſeat compendium, *Paurmeiſt. de Iurisdict.* 1. *cap.* 4. *num.* 26. *Carpzov. de capit. Cæſar. cap.* 8. *in fin. & de jur. majeſt. theſ.* 46. Solius tamen Imperatoris eſt materiam monetæ præſcribere, ſic *Ferdinand.* in Comitiis 1566. decreto Ordinum certam materiam cuique nummorum ſpeciei præfinivit, & in Edicto *Anno* 1571. poſt Comitia *Spirenſia* publicato, ubi in §. Damit aber ſolcher vbermeſſig &c. tollit obulos & nummulos minutulos, quod cum ferè toti ſunt ærei ſicque rem nummariam corrumpant, qua de cauſa *Carol. V.* in Comitiis *Norimberg. Anno* 1524. §. Item Nach dem die Batzen Baccenos & Semibaccenos procudi prohibuit, & ubique penæ graviſſimæ interminantur falſas monetas percutientib. ut conſtat. *ord. crimin. artic.* 3. in Edicto *Maximiliani* de Anno 1570. §. Da aber jemandt. in Edict. Anno 1571. §. Vnd ſonderlich wollen wir in fin. quin etiam idem *Ferdinand.* certam *formam* R. A. *de Anno* 1559. §. Wir aber vorgeſtelte/ præſcripſit, quæ tamen, quo ad quid, à *Maximil.* abrogata fuit de Anno 1566. §. Vnd als ſie & ſeqq. adde R. A. de Anno 1521. §. Weiter als wir jetzo in fin. de An. 1524. §. Dergleichen hat der Müntz. Anno 1530. §. Dieweil auch *Pondus* quoque certum cuivis nummorum generi definierunt *Frider. III.* de Anno 1442. §. Item wann auch *Carol. V. de Anno* 1551. §. Nemblich allzeit bißher *Ferdinand. de Anno* 1559. & *Maximil. II. Anno* 1566. & *Anno* 1570. & in ſumma *Carolus V. Anno* 1524. §. Dergleichen hat der Müntz / ſtatuit, das alle Stände dem Reich gemeß müntzen ſollen / ut ita omnia quæ ad rem nummariam pertinent, concludantur ll. & arbitrio Imperii, à quo principibus Civita-

*Hoc jus ſine EE. conſenſu Imp. nemini concedit.*

*Illius tamē eſt ſolius materiam monetæ præſcribere, id quod probatur exemplis Impp. Ferdinād. Carol.*

*Maximil.*

*Formam:*

*Pondus.*

*Omnia ad monetam pertinentia LL. Imperii concluduntur*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0070-2

Civitatibusvè conceſſa poteſtas nunc ſuſpenditur, nunc diminuitur, nunc in univerſum aufertur.

XXII. IV. Conſtat jure feudali abſque conſenſu Domini feuda nullo modo ſub pœna amiſſionis alienari. Alienata verò ſine ulla pretii refuſione ab emptore revocari poſſe. *2. Feud. 52. 55. 40. 8. 9. 30. 38. & ibi Feudiſtæ, Clarus §. Feudum. quæſt.* 31. *num.* 11. *Curt. Iunior. p. 4. quæſt.* 16. *num.* 107. *de feud. VVeſemb. c.* 11. *num. 2. Rittersh. lib. 2. c. 4. quæſt. 81. Haneton. l. 3. cap. 5. Schrad. p. 8. cap. 1. num. 21. Roſenthal. c. 9. m. 1. Vigel. method. feudal. cap. 5. cauſ. 37. Iſernia in c. 1. quid ſit inveſtit. Franſc. de Amic. tit. de his qui feud. dar. poſ. verb. hoc ergo. num. 6. Zaſ. p. 9. num. 3. Duaren. c. 12. num. 6. Borcholt. cap. 8. num. 34. Vultei. 1. cap. 10. num. 44. & ſeqq.* omnes de Feudis allegatis locis tractantes. Tamen, ex Imperiali Conſtitutione & gratia *Carolus IV. Regi Bohëmiæ & cæteris EE. dedit, ut citra Domini* (puta Imper.) cõſenſum comitatus, Baronatus & alia Feuda à Principibus, quibuscunq; Magnatibus, Comitibus ac perſonis aliis, modo libera ut libera, Feuda ut Feuda teneãt, & debita ſervitia præſtent *tit. 10. A. B.* ſibi cõparare queant. *Quã conſtitutionẽ d. tit. 10. A. B.* ut ob verbum *S. Imperio* in fine ejusdem tit. & regulã, Beneficia contra jus commune & tertii non interpretanda *l. 2. §. 10. & 16. ff. ne quid in loc. publ. l. ult. in fin. ff. de S. V. P. l. 16. ff. de S. R. P. l. 11. in fin. ff. ſi S. V. l. 28. ff. eod. l. 14. ff. de Condict. in deb. l. 7. ff. de ſerv. export. l. 6. in fin. ff. de jur. dot. l. 50. ff. de A. R. D. l. 206. ff. de R. I. l. 6. C. de ſerv. l. 35. C. de inoff. teſtam. ut ad Feuda majora,* Fahen Lehen, *dependentia ab Imperio immediatè, cum Buxtorff. ad d. tit. 10. concl. 93. reſtringamus*, non patiũtur verba generalia, à *perſonis aliis quibuscunq; quascunq; terras, caſtra, poſſeßiones d. tit. 10.* V. *Ius recipiendi Iudæos A. B. tit. 9. Heig. p. 1. q. 4. num. 30.* quod & aliis quoque ſtatibus Imperii conceſſum eſſe apparet, dann allen den jenigen hinführo Juden auffzunehmen oder zuhalten geſtattet wird/ die von dem Käyſer oder H. Reich Regalia haben/ oder inſonderheit derhalben privilegirt ſein R. A. de Anno 1548. Von Juden vnd jhren Wucher/ de Ann. 1577. *tit.* 20. & de Anno 1530. *Theſaur. deciſ. 57. Daniſ. jur. Cam. tit. 120. Greve. 2. pract. obſerv. 5. in coronid. miſcell. numer. 6. & ſeqq. Mich. concluſ. 48. lit. B. de jurisdict. Buxtorff. ad A. B. concl. 90.*

*4. EE. citra domini conſenſum feuda poſſunt comparare. quod tamẽ de Iure Feudali non licet.*

*Quæſt. 27. An hoc privilegium pertineat tantum, ad Feuda Imperii, an vero etiam ad Feudalia ſubditorum? utrũque Aff.*

*5. Ius recipiendi Iudæos.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0071-7

*Ôlder. de jur. Imper. ſect. 40. Schonborn. 5. politic. 26. Sixtin. 1. de Regal. cap. 5. num. 16. Hieron. Brugkn. in addit. ad deciſ. Gebhardi. Maynhar. l. 4. deciſ. 4. n. 4.* Hildebrandum Papam primum fuiſſe, qui circa *Ann' Ch.* 1100. Judæis Chriſtianum orbem aperuit, teſtatur *Vrspergenſ. & Avent.* quem ſecutus eſt, *Gregorius IX.* qui Judæis, *Anno 1200.* invitis & reluctantibus Chriſtianis Regibus, immunitatem, quam multo auro redemerant, tribuit. & Judæorum colluvie Galliam, Angliam, Italiam, Germaniamque inundavit, ut *platina* & *Baleus* adnotarunt. Unde patet, quod *quamvis ſint*, qui propter text. *Exod. 23. verſ. 32.* tum propter Blaſphemias, execrationes & uſuras *eos in Chriſtianorum terris non tolerandos exiſtiment*, contrarium tamen, non ſolum per JUS CIVILE. *tot. tit. Cod. de Iudæ. Novell. 146. Novell. 45. Novell. Leon. 55.* & CANONICUM, *tot. tit. de Iudæ. & Saracen. lib. 5. Decretal. tit. 6. & 5. Clement. 3.* ſed etiam per CONSTITUTIONES *Imperii d. tit. 9. A. B.* R. A. *de Anno* 1530. *de Anno* 1548. *de Anno* 1576. §. Vber verhat, ſchlagen, *Conſtit.* Caroli V. de Judæis *de Anno* 1551. *&* 1577. apud *Goldaſt. tom. 2. Conſt. Imper. Maximiliani II. de Anno 1582. tom. 6. Symph.* (vide *Pſalm. 59. verſ. 12. Roman. 11. verſ. 15. & ſeq. Lucæ 24. verſ. 24.*) approbatum eſt, modo pacificè ſecundum leges vivant, *Decian. in prax. crimin. l. 5. cap. 11. num. 4. & ſeq. Pariſ. conſ. 2. n. 10. & ſeq. l. 4. Iohan. Drexler. in concord. ad Beroum conſ. 209. l. 3. Franſ. Bec. conſ. 84. per tot. Roland. à Vall. concl. 15. per tot. l. 3.* habitu tamen à Chriſtianis diverſo. per *c. 15. extr. de judæ. Benedict. in cap. Rainutius. num. 64. de teſtam. Tholoſ. l. 10. Syntagm. cap. 2. num. 34.* & ſecundum d. Receſſ. Imperii *de Anno* 1530. *tit.* Von der Juden Kleidung/ubi ſtatuitur, quod flavo ſuper veſtem annulo uti debeãt, *Danaſ. de jur. Camer. tit. 150. §. 1. Brugkn. d. deciſ. 8. num. 4.* Horum *Synagogæ an in Rep. Chriſtiana ferendæ ſint*, quæritur? Aff. Quin imò & ſemel *receptos, pro lubitu, & absque Imperatoris conſenſu*, niſi ob ſcandalum fortè vel iminens aliquod periculũ *temerè non eſſe expellendos* aſſero, in tantum ut adverſus eum, qui ſemel eos in protectionem recepit, & poſtea expellere vult, mandatum cum clauſula ad eorum petitionem decernatur. *Ruland. de comm. p. 3. l. 7. c. 2. n. 5.* ubi de hoc præjudicia refert, *Sixtin. 1. de Regal. 5. num. 24.* de quibus ut & aliis quæſtionibus populum Judaicum, nunc per varias orbis plagas miſerè diſperſum, & juſto Dei judicio, ob

*Hildebrandus Papa primus Iud. introduxit in orbem Chriſtianorum A. C. 1100.*

*Quæſt. 28. An Iudæi recipi poſſint bona conſciẽtia, affirmativa probatur ex Iur. Civil. Canonico. Conſtitutionib. Imp.*

*Attamen pacificè debent vivere.*

*Diverſo à Chriſtianis uti habitu, gerentes flavum annulum.*

*Quæſt. 29. An Iudæorum ſynagogæ ferendæ? Aff.*

*Quæſt. 30. An pro lubitu recepti poſſint expelli*

ob *Meſſiæ* contemptum, ab omnibus odio habitum, varias & diſcrepantes opiniones. vide apud *Iſidor. D. Speckhan. Marq. Freher. Dan. Arcular. Diſput. Theolog. 51. de reducend. ab exil. Iudæ.* qui ſpeciales de hiſce edidere tractatus: quibus addendus *Ant. Magarith. tract.* der gantz Jüdiſch Glaub. *Oldrad. conſ. 87. & 264. Auguſt. 4. de Civ. Dei c. 8. & in pſ. 53. Waremund. ab* Erenberg. *2. de fœder. f. 52. Cujac. 7. obſerv. 30. Bodin. 3. de Repub. Zaſ. tom. 5. poſt tr. ſubſtit. Pariſ. 4. conſ. 2. n. 12. Borel. de præſtant. Reg. Cathol. c. 69. Natt. 3. conſ. 620. n. 22. Roland. à Val. conſ. 25. l. 3. n. 29. Alex. conſ. 13. n. 23. l. 2. Bec. conſ. 84. n. 8. Tholoſ. 3. ſyntag. 2. num. 38. Coler. deciſ. 185. Arumæ. diſc. 5. ad A. B. th. 6. in pr. Ruland. de Commiſ. p. 2. l. 7. c. 3. n. 5. Farin. de Var. quæſt. Rubr. de pœn. temper. Panormit. Socin. & alii in c. 10. ext. de Accuſ. Dec. conſ. 30. Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 25. Blanc. in pract. crimin. in caut. pro Reo defend. caut. 1. n. 3. & ſeq. Vivi. in comm. opinio. lit. A. verb. accuſari poteſt Iudæus. Clarus 5. ſentent. §. fin. quæſt. 51. D. Cranius tr. de pace Relig. p. 2. problemate. 3. connex. 5. Speckh. C. 2. claſſ. 1. q. 17.* hiſce in locis & tractant Quæſtionem illam; *Vtrũ Iudæus recens Baptizatus, & ad Chriſtianiſmum converſus, per converſionem & pœnitentiam illam, ab anterioribus & priſtinis delictis in Iudaiſmo perpetratis, etiam in foro ſeculari, quoad pœnam Corporalem recte excuſetur & impunitatem conſequatur?* Quamvis affirmativa, ut mitior, æquior, & Religioni Chriſtianæ magis favens, adſtruenda & defendenda videatur; tamen Negativæ ſententiæ defenſores ſequi malo, qui ſtatuunt, per baptiſmum impunitatẽ corporalem Judæo non tribui. Baptiſmi enim effectus non eſt, ut tollat pœnam corporalem, ſed ſpiritualem. Quamvis interim non negem, Magiſtratum Politicum poſſe Judæo verè pœnitenti præterita delicta in honorem Chriſtianiſmi condonare, ut & alii infideles hac ratione ad Chriſtianiſmum invitentur. *vid. Petre. concluſ. crim. 35. D. Hunn. Colleg. crim. diſp. fin. th. 67. Althuſ. Dicæolog. lib 1. c. 99. n. 52. D. Beſold. claſſ. 1. Pol. 11. n. 18. Chriſt. Helvic. Elench. Iudæ. 8. per tot. Velſt. decad. 9. q. 16. Iul. Bened. Creſc. in conſil. German. ſup. privil. Iudæ. Modit. §. 2. quæſt. 165. & §. 6. quæſt. 4. de I. N. G. & C. D. Becht. de ſecurit. th. 92. & ſeqq. Tiber. Decian. 5. pract. crimin. 11. n. 7. & ſeqq. qui per 6. capita tractat. de Iudæ. Meiſner. de LL. fol. 34. Camer. cent. 1. medit. Hiſt. cap. 89. Kirchn. 7. de Repub. auctuar. 3. Michaël. th. 49. in fin. de Iurisd. Schonb. 3. polit. 36. Keckerm. 1. polit. pag. 380.*

*Authores qui de Iudæis tractarunt.*

*Quæſt. 31. An Iudæus Baptizatus, quoad delicta in Iudaiſmo commiſſa adhuc ſit puniẽdus? Aff.*

*Poteſt tamen Magiſtratus vere pœnitenti Iudæo delicta condonare in honorem Chriſtianiſmi, ut alij ea ratione invitentur ad Chriſtianiſmum.*

*& diſp. pract. 33. q. 1. Cubach. cent. Illuſtr. qq. dec. 1. q. 9. Dan. Ott. de I. publ. c. 19. ubi 8. conditiones refert, quibus Iudæos recipiendos arbitratur, cum Dd. allegatis ibid.* VI. *Eſt unio principatuum Electoralium & jurium eis connexorum* de quo in *tit. 20. A.B.* & vult unumquemque principatum Electoralem, cum jure & voce electionis ac officiis cæteris omnibus, dignitatibus, juribus & pertinentii ad ipſum ſpectantibus, ita perſeverare & eſſe debere unitum, perpetuis temporibus, indiviſibiliter & conjunctim, ut poſſeſſor principatus cujuslibet etiam juris, vocis, officii, dignitatis, & pertinentiarum omnium ad illum ſpectantium, quieta debeat & libera poſſeſſione gaudere, & princeps Elector ab omnibus reputari, ipſeque & nemo alius, præter cæteros principes EE. ad electionem, & omnes actus alios pro S. Imp. honore gerendos, omni tempore aſſumi, ſine contradictione qualibet admitti, nec aliquid præmiſſorum ab altero, cum ſint & eſſe debeant inſeparabilia, dividi, vel ullo tempore ſeparari debeant, aut in judicio, vel extra, diviſim repeti valeant, vel evinci, vel etiam per ſententiam ſeparari, nec aliquis unum ſine alio impetens audiatur; Ante conſtitutionem hanc, ſæpius alibi principatus ſcil. Electoratus, alibi jura & officia cum cæteris pertinentiis erant, unde ſæpius ex uno Electoratu plures ſucceſſores jura & officia EE. aſſumebant, uti in Electione *Ludovici Bavari. IV. & Friderici Auſtriaci Rudolphus & Ludovicus fratres Bavari. Cuſpin. de diviſ. Imperij, vid. Avent. l. 7. Annal. Bojor. Crant. l. 9. c. 8. in Sax.* Verum quia ſic multa non rarò in Imperio eveniebant mala, fiebat electio diſcors, eligebantur plures. *Avant. Crent. d. loc.* Inde ſequebantur bella, multiplicabatur EE. numerus contra morem Imperii; ideo communi procerum conſenſu placuit, ut Jus, vox, & officium Electoris, h.e. dignitas Electoralis, penes unum omninò maneret. *d. tit. 20.* intellige tamen ſi ſine vi, ſine metu, juſto titulo Electoratū poſſideat. *d. tit. 20.* in verb. *quieta & libera poſſeßione,* alias enim ſi injuſtè eum habeat, poſſeſſio nihil prodeſt *l. 7. C. de Aquir. poſſeſſ.* non etiam pro poſſeſſore habetur. *l. 2. ff. eod. l. 1. pr. ff. uti poßidet.* Nam & is, qui forſitan de Electoratu ejectus, manet nihilominus ac eſt, poſſeſſor ac Elector, *l. 7. ff. de Aquir. poſſeſſ.* & ideo etiam jus ac vocem Electionis retinet *d. tit. 20. in fin.* quomodo *Moguntinenſ. Henric. de Fuhrenberg*

*6. Vnio principatuum Electoralium.*

*Mala quæ ex diviſione Electoratuum oriebãtur.*

*Iuſta tamẽ requiritur poſſeßio ad Electoratũ*

*Vnde dejectus nihilominus manet E.*

*renberg à Trevirenſi* dejectus Elector permanſit. *Pantal. de vir. Illuſtr.* conſentit verò conſtitutioni Carolinæ *tit. 55. 2. Feudor. v. firmiter etiam*, ibi Imperator *Frider.* conſtituit *ut Ducatus Marchia Comitatus de cætero non dividantur.* Unde & *Gunth. lib. 8.*

*Conſtitutioni Carolinæ conſentit Friderici conſtit.*

Marchia ſeu Comitis poſſeſſio ſive Ducatus
Integra permaneant. ―――――

quam Friderici cōſtitutionē etiā, quorundā Germanorum Principū familiæ in hodiernum uſque diem ſtrictè obſervant. Quænam autem illæ familiæ, facilè eſt colligere. Nam cum fratribus non dividunt *Palatinus, Saxo & Brandenburgicus*, ut conſtituit *Carol. 4. tit. 24. A. B.* ſic in *Ducatu Bavariæ* primogenitus ſolus ſuccedit reliquis fratribus alimentaria portione aſſignata, & idem in *Palatinat. diverſarum linearum* ſi credimus *Knich. in tract. de Saxonum Iure. c. 3. in verb. Ducum Saxoniæ*, idem introductum eſt in *Ducatu Brunſuicenſi* per tranſactionem *Henrici Iunioris & Wilhelmi* fratris *Anno 1535. 16. Novembr.* factam, quæ & confirmata à *Carolo V. Ann. C. 1595. die 12. Iunij*, In principatu *Würtemberg.* idem Jus obtinere credimus authoritate *Maxim. I.* ut conſtat ex Graff Ebhart Fürſtenbrieff gegeben zu Wormbs den 21. *Iunii Anno* 1595. cujus mentionem facit *Quetta conſ. 6. n. 1. Goldaſt. in notis* zu dem Eadamiſchen Vertrag in Reichsſatzung. *fol. 319.* cujuſmodi plura uſu quotidiano inquirere licet, ut cōſtet illud *Gailij.* Avorū noſtrorum memoria, Feuda dignitatum apud unum ex familia, præſertim ſeniorem, ſemper ſarcta tectaq; conſervata ſunt: quia prudenter conſiderarunt nihil eſſe tam magnum, quod diviſione parum non fiat. N. 18. *c.* 1. 2. *obſ. 153. num. 3. Sonsbec. de Feud. p. 1. num.* 44. *& ſeqq.* plurimi tamen Principes de conſuetudine notoria regulariter cum fratribus dividunt, *Socin. ſenior. conſ. 278. vol. 2. Alex. conſ. 6. vol. 5. conſ.* 18. *vol. 2. conſ. 30. vol. 6. & conſ. 25. vol. 5. Deci. conſil. 389. & in c. prudentiæ verſ. & notandum eſt de offic. delegat. Curt. tr. feudal. p. 4. n. 122. Iaſ. in l. ſtipulationes non dividuntur, n. 53. ff. de V. O. Gozad. conſ. 8. n. 23. & conſ. 26. n. 28. & conſ. 62. n. 4. Pariſ. conſ. 10. vol.* 1. *n. 15. Crot. conſ. 55. n.* 10. *Riminald. Iunior conſ. 688. n. 9. Menoch. conſ. 61. num. 36. & conſ. 97. vol. 1. & conſ. 208. num. 2. vol. 3. Iſernia & Alvar. cap.* 1. §. *omnes filii, ſi de feud. defunc. fuer. controv. Henning. Goden. conſ. 20. n. 4. Clar.* §. *feudum. q. 44. n. 2. Ruin. conſ. 29. n. 16. vol. 5. Modeſt. Piſtor. conſ. 50.*

*Familiæ, quæ non dividunt principatus, recenſentur.*

*Plurimi tamē ſunt principes qui dividunt cum fratribus.*

*n.39. Oldrad. conſ. 237. Roland. à val. cauſ. 2. n. 125. & conſ. 80. n. 9. val. 1. Schurff. conſ. 17. n. 5. Cent. 1. Weſemb. conſ. 41. n. 163. Schrad. p. 7. c. 4. n. 7. de Feud. Zaſ. p. 9. n. ult. Vult. l. 1. c. 8. n. 30. & c. 9. n. 99.*

*Proceſſum. 1. Subditi eorum ad aliud tribunal non trahūtur. Cui privilegio privati renunciare nequeunt.*

XXIII. Reſtant inter communia *privilegia Proceſſum & forum concernentia*, quorum I. eſt, quod nulla de cauſa cuiquam conceſſum, EE. *ſubditos ad aliud tribunal evocare*, ſed ſuis ſemper ordinariis judiciis ſunt relinquendi *tit. 8. tit. 11. A. B.* quod cum pro communi utilitate in ſignum præeminentiæ EE. ſit datum, ei privati non etiam renunciare poterunt, *arg. l. 2. §. 4. C. de juram. propt. calumn. c. 12. ext. de for. competent. l. 38. ff. de pact. l. 42. ff. de operis libert. l. 15. ff. ad L. Falcid.* quod tamen non crudè accipiendum, ſed cum limitatione, ſi cauſa conventionis fundet EE. juriſdictionem, (hanc enim evocatio omnino arguit, *arg. c. 56. extr. de appel.*) quomodo ſi ea forū aliud det, in eo, nō obſtāte hoc privilegio, erunt conveniendi. *arg. tit. 2. feud. 55. §. præterea* ubi *Iacob. de Belvi: And. de Iſern. Laud. præpoſ. afflict. tit. 15. 46. tit. 11. feud. 1. c. 6 ext. de judic.* ibi *Innocen. Bl. Butri. Panormit. Deci. arg. l. uni. C. ubi in rem act. arg. l. unic. C. ubi de hæred. agatur. l. unic. C. ubi de poſſeſſ. c. 3. ext. de Iudæ. l. 4. §. 2. ff. de Cenſib. l. 1. ff. quorum bon. l. 38. ff. de judic. arg. l. 1. C. ubi de Crimin. l. 1. C. de Iuriſd. omn. jud. l. 1. l. 7. §. penult. ff. de accuſ. Auth. qua in provincia. C. ubi de Crim. agi oport. c. 1. ext. de raptor. l. 7. ff. de cuſtod. & exhibit. Reor. l. 1. C. ubi Senat. vel Cla. c. fin. ext. de for. compet. c. 19. cauſ. 2. q. 1. c. 4. cauſ. 6. q. 3.* II. Concernens proceſſum eſt, quod *EE. ſine provocatione judicant, tit. 11. A. B. Hill. in not. ad Donell. 28. comm. 6. lit. V. in fin.* Nam cum à *præfecti prætorii* ſententia appellatio permiſſa non ſit *l. un. ff. de offic. præfect. prætor. l. un. C. de ſentent. præfect. prætor. l. 19. & ibi Dd l. 30. 35. C. de Appel. l. 18. C. de Epiſcop. audient. l. 17. ff. de minor. l. unic. C. Ne lice. in un. cauſ. Nov. 119. c. 5. Zaſ. in l. debitorib. ff. de re jud. Gail. 1. O. 1. n. 17. Ferrar. 2. de appellat. 3. P. Fab. 1. Semeſtr. 2. Weſenb. in π. à quib. appel. non lice. n. 3. Treutl. diſp. fin. th. 4. l. E. ibiq; D. Bachov. in not. & D. Hunn. Var. Reſol. vol. 2. D. Arniſæ. de Iurib. Majeſt. 2. c. 2. n. 3. Matth. Steph. p. 1. c. 14. n. 30. Tholoſ. 3. de apell. 12. Brederod. de appellat. p. 1. tit. 15.* nec ſi ex conſenſu litigatorum prorogata juriſdictione cognoſcat. *d. l. 8. d. l. 17. l. 5. C. de precib. Imp. offer. l. 1. C. de off. præfect. præt. orient. Nov. 23. c. 1. Nov. 82. c. 12. Hill. d. l. V. Hunn. ad*

*2. Ab EE. non appellatur.*

*Olim nec à præfect. prætor.*

*Licet cognoſceret ex conſenſu litigatorum prorogata juriſdictione.*

*Treutl.*

*Treutl. d. th.4.L.E.* His autem *EE.* hodierni à pleriſque comparentur, eò quod Ampliſſimo EE. Ordini quædam cum iſtis communia ſunt, nempè quod Præfectis Prætorio nulla olim Dignitas erat æqualis, adeo ut *Ennapius* Præfecturam Prætorianam, inſtar Imperatoriæ dignitatis ſeſe habere dixerit, niſi quod purporæ trabeæve uſu caruerit. *Franciſ. Iuret. in not. ad Symach. lib. 1. epiſt.* 12. cum vice ſacra remota appellatione & præſcriptione omni. *d. l. 16. (Theodoſ. de Appell.* ubique judicarit: quod pater diceretur Imperii & provinciarum, & pleniſſimum Imperium etiam in ſenatores obtineret, *Caſiod. l. 6. cap. 3. l. 4. c. 24. Franſ. Baldui. in Papinian. Cujac. ad tit. C. de offic. præfect. prætor. Otto Meland. in comm. Camer. p. 2. pag.* 482. unde *Socrati l. 2. Hiſtor. Eccleſiaſtic.* dicitur, μείζων τῶν ἄλλων ἀρχόντων δευτέρῳ μετὰ βασιλέα qui ſolus, ut *Auſonius epiſt. ad prob. 16.* exceptis trib. heris. (Imperii conſortes innuit) Herorum primus eſt. de Auth. præfect. prætor. latiſſimè *Guido Pancirol. in notit. Imper. orientis c. 1. Gravat. ad prax. octav. veſtrii. l. 1. c. 1. n. 8. Bodin. 3. de Rep. 6. pr. Berter. pithanōn Diatriba. 1. c. 8. Petr. Fab. 1. ſemeſtr. 1. 2. 3. Coraſ epiſt. 99. c. 5. n. 2. & 4. Henning. Gæden. conſ. 1. Weſemb. conſ. 46. n. 2. Heig. p. 1. q. 4. n. 13. 14.* Quin hunc, *generalis legis, qua alij quoque ejus aliàs judicio non ſubjecti tenerentur, condendæ Ius habuiſſe,* contendit. *Alciat. 2. paradox. 9. per l. 2. C. de offic. præfect. Orient. & ferè Cujac. 6. obſ. 10.* quod refellunt, *Angel. de S. Iohan. Antiparadox. contra Alciat. 4. & Guerin. Piſo Soac. de Rom. & Venet. Magiſt. inter ſe comparat. n. 69.* Nam *forma* in *d. l. 2.* non legem ſignificat generalem, ſed Edictum ex æquo & bono editum, ut probat, *l. 1. ff. de Extraordin. cognit.* ibi; ut Præſes &c. *formam reidet*; adde *Cagnol. ad l. 3. de Iuriſd. num. 277. & ſeq.* ſucceſſit hic *Magiſtro Equitum l. 1. ff. de offic. præfect. prætor. Feneſt. & Pompon. Læt. & Raph. Volaterran. de Magiſtr. Rom.* hodièq; iidem ferè apud principes Mareſchalli, qui olim Magiſtri Equitum. *Henric. Bebel. de Magiſt. & Sac. Rom.* Atque hinc forſan vulgatum illud quod *Elector Saxon.* Imperii *Archimareſ.* habeatur præfect. prætor. ſicuti nec deſunt, *qui EE. generatim, & principes Electoralis familiæ præfect. prætorio comparant. Weſemb. conſ. 40. n. 46. & conſ. 46. n. 2. Gæden. conſ. 4. de Argent. n. 12.* & alii ſupra citati; quam comparationem immeritò abſurdam vocat *Andr. Knich. de Saxon. non prov. jur. verb. Ius. c. 3. n. 34.* quod anguſtius ſit hoc faſtigium, quia in hæredes tranſi-

*Præfect. prænt. comparantur EE. ubi nonnulla de Præfect. dignitatib.*

*Quæſt. 32. An competierit præf. prætor. poteſtas generalis condẽdæ legis, qua etiam alias ejus judicio nõ ſubjecti, tenebãtur? Neg.*

*Præfect. Prætor. ſucceſſ. Mag. Equit.*

*Saxo habetur Præf. Prætor.*

*Quæſt. 33. An rectè comparentur EE. præf. prat. Aff.*

 torium.

tranſitorium. Neq; enim quæ ſimilia in omnibus convenire oportet, alias eadem magis dicenda. Et multa imò communia huic dignitati cum illa præfectoria veteri. *Heig. d. loc. q.* 4. Nam uti hæc dignitas ſumma eſt in Imperio & Regiæ æquiparatur, *Moller.* 1. *Semeſt.* 40. ita & olim Præfecti Prætorio Regibus comparati ut ſup. dictum eſt. Ad eorum itaque exemplum Carol. IV. in A. B. conſtituit, ne à

*Privilegio de non appellando EE. renunciarunt.*

ſententiis EE. appellaretur, quod privilegium licet omnibus EE. tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus promiſcuè conceſſum ſit, nihilominus EE. Eccleſiaſtici & Palatinus contrario uſu, ut volunt, *Schurff. conſ. 29. con. 3. n. 1. D. Arniſæ. de jur. majeſt. c. 2. n. 3. l. 2. Treutl. d. diſput. ſin. th. 4. l. E.* vel dum ex humanitate, ne quis injuriam ſibi illatam conqueri poſſet, appellationes ad Cameram admiſerunt, ut volunt *D. Bachov. ad d. diſput. Treut. d. lit. E. ad verb. tales hodiè*

*Saxone & Brandeburgico except.*

*ſunt EE. D. Hunn. ibid. Sixtin. de Regal. l. 1. c. 5. n. 5.* Jus hoc perdiderunt; Solus *E. Saxo* in viridi obſervavit uſu, & non ita pridem Brandenburgicus per conceſſionem Imperialem recuperavit, *Reiger. in Theſaur. juris verb. appellatio. Heig. d. q. 4. n. 32. & q. 10. n. 34. p. 2. Weſemb. d. n. 3. Treut. d. th. 4. l. E. Arniſæ. d. n. 3. Matth. Coler. in*

*Ratio elegans, cur ab EE. non appelletur*

*Orat. d. jur. Saxon. Knich. in d. V. jus. n. 37. c. 2. Novel. Conſtit. E. Auguſti. Albin. Hiſtor. Miſn. p. 1. tit.* 16. credidit enim princeps, eos, qui ob ſingularem induſtriam, exploratâ eorum fide, & gravitate ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret judicaturus, ut *in §. 1. d. l. un. ff. de offic. præfect. prætor.* ſcribit *Aurel. Arcad.*

*In caſu tamen denegatæ iuſtit. ab EE. appell.*

*ICtus.* Hoc tamen jus intelligendum in caſu adminiſtrati Juris & Juſtitiæ, qua neglecta omninò evocatio & provocatio licita ulterior *verſ. in defectu vero Iuſticiæ d. tit.* 11. *A. B. Ord. Camer. p. 2. tit. 26. An*

*Quæſt. 34. An etiam aliis Electoralis famil. Principib. hoc jus competat de non appell.? N. Except. Saxoniæ. Principib.*

*autem hoc jus de non appellando etiam aliis familiæ Electoralis principibus ſit conceſſum,* elegans eſt quæſtio, de qua vid. *Knich. d. tr. de Saxon. non provoc. privil. V. Ius. c. 2. n. 32. Buxtorff. ad A. B. concl. 49. lit. C.* qui hoc negant, eò quod cum A. B. tantum ipſis PP. EE. hoc privilegium indulgeat ad alios Principes tanquã alias & tertias perſonas hoc extendendũ non eſſe *per. c. 9. ext. de privileg.* & nota. à *Menoch. conſ. 464. n. 14. & ſeq.* exceptis Ducib. Saxon. quibus hoc privilegiũ *An. 1559. 2. Maij. à Ferd. II.* conceſſum eſt, ibi ſo in den Churfürſtẽ vnd Fürſten zu Sachſen vñ derſelben Erben Namen geſprochen/ vnd

Hoff

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0078-5

Hoff eröffnet werden; privilegii hujus tenorem integrum vid. apud *Wehner. Symph. tom. 3. cap. 1. §. 6.* rationes hujus Privilegii invenies partim in ipſo Privilegio expreſſas. Partim à *Peucer. Chron. l. 4. M. Coler. in d. Orat. de jur. Saxon.* relatas. *Knich. d. V. Iuſ. cap. 2. num. 32. & ſeq. & V. lit. provoc. neſcium. cap. 3. per tot. Heig. d. q. 4. num. 42. Sixtin. de Regal. l. 1. cap. 5. num 15. Buxtorff. d. loc. Coler. de jur. Imp. Sect. 21. Hillig. d. lit. V. circ. fin. 28. Comm. Donel. 6. Webn. d. tom. 6. cap. 4. §. 14. & d. cap. 1. §. 6. Zinzerling. in diſput. Inaugural. de Appell. concl. 72. Daniel Otto diſſert. de jur. publ. cap. 11. D. Bachov. d. loc. ad Treut.* Contrarium tamen tenet, *Gylm. tom. 3. Symph. fol.* 31. & repetitur *ibid. fol. 274.* Item *Gilhauſ. in arbor. judici. cap. 8. p. 3. fol. 597. num. 24.* referentes, putare quoſdam Camerales à Saxone appellare poſſe, non ut ab Electore, ſed Duce Saxon. & ſic *Ann. 1592. 29. Novembr.* contra Saxonem proceſſus Decretos eſſe, citationem & compulſoriales, periculo tamen partis; ſic & præjudicia quædam Cameralia refert. *Gylm. d. tom. 3.* Quod etiam non obſtante privilegio Saxonico in Camera Imperiali ſuper nullitate agi poſſit, *ut. in cauſ.* 𝔄. *contr.* 𝔑. *An.* 1591. & in aliis etiam cauſis mandata contra Duces Saxon. decreta eſſe, ibid. ſubdit, veluti in cauſa 𝔏. contr. 𝔖. de Relaxando captivo dict. An. Item in cauſa 𝔎. contra 𝔖. *An. 1594. M. Mart.* Verum de omnium S. R. I. ferè Statuum Privilegiis, tam de non appellando, niſi ſub certo modo & conditione, quam alia ſpecialia habes, *tom. 6. Symph. Gylm.* collecta à *Wehner. & apud Gylman. fol. 6. & 7. Coler. d. Sect.* 21. *Dan. Otto. d. cap. 11. apud Mindan. in tit. de privil. appell. Denaſi. jur. Camer. fol. 271. Wilhel. Roding. Pandect. Cameral. l. 1. de Iuriſd. Camer. tit.* 20. *§. Principes fol. 117. n. 1. 2. & 3. ubi,* quorum EE. & PP. tam Eccleſiaſticorum, quam Secularium Juriſdictio, vel planè vel cetæ ſummæ conditione adjecta, ad Cameram ſit immunis ab appellando, refert. Eſſet & hoc loco pertractanda quæſtio illa perplexa & ipſa fundamenta Reip. attingens, An *ſcil. à Cæſare malè informato ad eundem melius informandum appellare liceat,* ut & illa. *Nam ab Imperatore ad Pontificem appellatio licita ſit in Imp. Rom.* ut & nõ nulla alia, cum ſc. ab ipſo Imperatore, ut & Pontifice ad verum illum Pontificem & Juſtum Dei tribunal provocatum eſt; Verum de iis alias latius dicam.

*Diſſ. Gylm. et Gilhauſ. qui ſentẽt. ſua. præjudic. firmant.*

*Remiſſ. de omnium Statuum privilegiis de non appell. niſi ſub certo modo.*

*Quæſt 35. An à Cæſare male informato, ad melius inform. appell. licita? Neg.*

*Quæſt 36. An ab Imp. ad Pontif. N.*

XXIV. Divi-

*Singularia privilegia EE. Vnum pertinet ad Palat. & Saxon. Ius vicariatus.*

XXIV. Diviſa ſupra fuerunt *privilegia* & beneficia quæ *ex A. B. EE.* competunt, quod horum quædam ſint *communia* quædam vero *ſingularia*. Illis igitur explicatis, *Singularia* ſubjicienda reſtant, quæ non omnes, ſed certos tantùm EE. concernunt. Horum duo, *Vnum* pertinet ad *plures* ſcil. *Palatinum & Saxonem EE. Vnum* ad *Palatinum tantum.* Prius *Ius vicariatus*. Quoties enim S. vacare contigit Imp. *Illuſt. Comes Palat. Rheni S. Imper. Archidap.* ad manus futuri *Regis Rom.* in partib. *Rheni & Sueviæ* & in jure *Franconico*, ratione Principatus ſue Comitatus Palatini *privilegii* proviſor eſt Imperii; Eodem jure proviſionis, *Illuſt. Dux Sax. S. Imp. Archimarſ.* fruitur iis in locis ubi *Saxonica jura* ſervantur, ſub his tamen modis & conditionibus, ut quidem ipſis quam plurima privilegia ob officium hoc commiſſum competant, poteſtas ſcil. excercendi judicia, ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi, recolligendi reditus & provenrus, & inveſtiendi de Feudis.

*Multa privilegia his Vicariis competũt.*

Juramenta fidelitatis, vice & nomine Imperii recipiendi, adeò ut Imperator, ut ex capitulatione, liquet jurare teneatur, ſe quod Palatinus & Saxo interregni tempore egerunt, ratum habiturum; his verbis, So wollen vnd ſollen wir auch alles daß ſo durch die zwey deß H. R. Churf. vnd Vicarien inmittler weils/ ſo daß Vicariat laut der A. B. nach vermöge deß Reichs ordnung gehandlet vnd dergleichen genehm halten/ auch confirmiren vnd ratificirn in der aller beſtendigſten form/ wie ſich daſſelbe wol ziemet vnd gebühret *Sleid. l. 1. Comm. p. 29. Althuſ. c. 19. polit. n. 39. Carpzov. de Capit. Cæſar. c. 11. n. 12. Dan. Otto. d. tr. c. 12.* ejuſmodi confirmatio eorum quæ egit, *Ludovicus Palatinus* tempore ſui vicariatus facta à *Carolo V. An.* 1521. & extat apud *Goldaſt. p. 1.* von Reichs Sazungen *pag. 242.*

*Et jurat Imp. In capital. ſe ratum habiturum quæ Vicarii illi interregni tempore, egerunt.*

tamen abſolutam illis minimè conceſſam eſſe poteſtatem liquet ex eo, quod juramenta fidelitatis ipſis præſtita, per Reg. Rom. poſtea electum omnia innovari, & de novo præſtari debent; Feud. Principatuum, & illorum, quæ Fahen Lehen vulgariter appellantur, inveſtitura ipſis interdictum, eorum enim collatio ſoli Imperatori & Reg. Rom. Specialiter reſervata. Denique omne genus alienationis ſeu obligationis rerum Imperialium hujuſmodi proviſionis tempore, expreſsè inhibitum *A. B. tit. 5. Marq. Freher. in notis ad P. de Andl. l. 2. c. 10. Verb. vacante Imperio, Vaſq. Illuſt. quæſt. l. 1. c. 22. n. 1. & ſeqq. Schrad. p. 10. Sect. 1. 2. n. 174. & ſeqq. de Feud. Lupol. de*

*In multis tamen eorum poteſtas reſtricta.*

*Babenb.*

*Babenb. de Imp. Rom. Sigiſm. Seld. in conſ. ad Ferdin. Imp. Roſenth. de Feud. concl. 5. n. 55. Brutum fulmen. ſub tit. crimen majeſtat. Cardin. Zabarel. & Felin. in c. 10. ext. de for. compet. Bocer. 2. de Regal. n. 61. Mich. de Iurisd. concluſ 29. Matth. Steph. lib. 2. p. 1. c. 2. n. 158. & ſeq. Heig. p. 1. q. 4. n. 18. Schonb. 5. polit. 34. Dieter. de ſum. ſummi Imp. poteſt. concl. 21. D. Arumæ. diſcurſ. 3. ad d. c. 5. A. B. D. Beſold. l. 1. polit. c. 6. n. 46. verſ. Mich. Schifer. de Orig. & poteſt. modern. EE. th. 63. 64. Dan. Otto. de jur. publ. c. 16.* Quod etiam jus hactenus in viridi obſervatia *Palat. & Sax.* quoties *Rex Rom.* nullus exſtitit, Cuſtodivere, & non ſolum patrum noſtrum memoria, poſt mortem *Divi Maximiliani I. An. 1519.* (antequã *Carolus Auſtriacus* ejus nominis V. electus) *Ludovicus Palatinus Rheni, & Fridericus. Dux Sax.* vicariatum Imperii exercuere, ſed etiam noſtrâ ætate poſt mortem *Rudolphi II. Imp. An. 1612.* Electoratus Palatini Tutor & Adminiſtrator, *Iohannes Comes Palatinus Rheni Bipontin. & Iohan. Georg. Dux Saxon.* & etiam nunc Divo *Matthia Imp. An. 1621.* In turbulentiſſimo Imp. Statu ex hac vita diſceſſo, *Fridericus E. Palatinus Rheni, & Iohan. Georg. E. Saxoniæ.* ſecundo Vicarius, Imperii vacantis habenas tenuere. Idq; à Palatinis Uſurpatum ante *Carol. IV.* probant peculiaria *Cæſarum Diplomata*, quæ *in tr.* von deß H. Reichs Vicariat, allegantur; plura autem de Vicariatu Imperii Rom. Germ. vid. apud *Authorem* tractatus kurtzen berichts von deß H. R. R. der Churfürſt Pfaltz zuſtehenden Vicariat. *Ludovici IV. Imp.* Decreta contr. *Iohan. XXII.* Papam affix. *Francofurdiæ An. 1338.* apud *Cuſpin.* in vita *Ludovici* & Conſtit. *Robert. Reg. Rom.* filium *Ludovicum* in Vicarium deſignantem relata apud *Marq. ad d. c. 10. p. de Andl. l. 2. Marq. Freher. C. Gevvold. in ſcript. de quæſt.* illa. *An Vicariatus ad EE. Palatinos ratione Comitatus Palatini vel Ducatus Bavariæ pertineat. Diſcurſ. Georg. Brudlach de Vicariatu, apud Arumæ. vol. 3. Buxtorff. ad A. B. concl. 24. & ſeqq. Arumæ. d. diſcurſ. 3. Cubach. in Iurisp. Germ. publ. c. 10.* Inprimis vero *Iuſtum* Sinolt *tr. de Vicar. Imp. horumq; jure & officiis.* qui ſatis demonſtrant *Papam Romanum Imperii Vicarium non eſſe*, aliter ac ſentiunt *pontificii*, quos alibi refutabimus latius, licet eorum ſententiam probet *c. un. Extravag. Ioan. 22. c. 10. ext. de for. comp. Clem. 1. de jurejur. c. 33. ext. de elect. c. 2. de ſent. & rejud. in 6.*

*Præjudicia hujus Vicariat. Sax. & Palatin.*

*Palatino competiit, jus Vicariatus ante Carolũ IV. de Vicariatu tractãtes Dd. Quæſt 37. An Vicariatus ad EE pertineat ratione comitatus Palatini, An. V. Ducatus Bavariæ? Pr Affirm. Quæſt. 38: An Papa ſit Vicarius Imperii? Neg.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0081-3

*Alterum, ad Palatinum ſolũ. Quod Imp. conventus coram eo, tenetur reſpondere.*

*Quæſt. 39. An Pontifex ſit Imperatoris judex? N. Judicium hoc tamen in Imp. curia tantũ eſt inſtituendum. Olim ad Rheni ripam judicium hoc celebratũ. Tres excipiuntur caſus quib. non convenitur Imp. coram Palatino. 1. In caſu Depoſitionis.*

XXV. Hæc de priori & ad plures pertinente privilegio, ſequitur jam & poſterius, Unum tantum Palat. Rheni concernens. Ejus enim ſingulare & ſuper omnia eximium privilegium eſt, quod *Imp. ſive Rex Rom. ſuper cauſis pro quibus impetitus fuerit, coram Comite Palat. Rheni*, S. R. I. Archid. Electore Principe *reſpondere cogitur. tit. 5. in fin. A. B. Pet. de Andl. l. 2. de Imp. Rom. cap.* 10. *ubi Marq. Freher. in not. fol. 194. Idem l. 1. de orig. Palat. cap.* 15. ubi ſubdit, quod *lib. 1. Iur. Saxon. artic. 8. 9.* dicitur, ob cauſas ibidem expreſſas Imper. *Aurea ſecuri percuti manu Palatini Rheni*, eo nihil delirius febricitantem ullum unquam ſomniaſſe. *Vaſq. l. 1. Illuſt. quæſt. 1. num. 11. Heig. p. 1. quæſt. 4. num. 22. Gaden. conſ. 5. num. 12. tit. de aur. & argentifod. Caſtald. de Imp. q. 91. num. 8. D. Vultei. ad l. 1. num. 4. & ſeq. C. ubi Senat. & Cl. Schrad. d. p. 10. ſect. 1. num. 55. & ſect. 5. num. 40. Mich. de Iuriſd. concl. 131. l. E. Knich. de Sax. non prov. jur. cap. 1. num. 150. & ſeq. & cap. 5. n. 58. Sixtin. de Regal. l. 1. cap. 8. num. 52. D. Bocer. de Inveſt. Feud. cap. 3. n. 75. Clapm. 2. A. Rerupm. 20. Hering. de Fidejuſ. cap. 7. num. 291. Rauchbar. 2. q. 11. artic. 146. Buxtorff. ad A. B. concl. 77. l. E. Schonb. 5. polit. 34. Matth. Steph. l. 2. p. 1. cap. 1. num. 154. Hillig. in Donel. Enucl. 17. Comm. 2. l. B. Arumæ. de jur. publ. diſcurſ. 1. & 7. Gebhard. de S. R. Nation. Germ. Imper. th. 13. Spring. de pac. Relig. th. 14. lit. A. Dan. Otto. diſſert. de jur. publ. cap. 6.* qui ſimul rejiciunt & hãc opinionẽ, *Pontificẽ Imp. eſſe judicem*. Hoc tamen *judicium* non alibi, præterquam in *Imperiali Curia* ubi Imp. ſeu Rom. Rex præſens exiſtit, exerceri poteſt. *D. Vult. Matth. Steph. & alij. dd. loc. D. Cluten. Syllog. Rer. quotid. concl. 24. lit. L. d. tit. 4. A. B. in fin.* quod ante legem Carolinam ad *Rheni fluminis Ripam* fieri ſolitum probat ex *Henr. Sterone Monacho Atlahenſi. Freher. d. cap. 10. & 15.* Cum *a. dict. tit. A. B.* indiſtinctè loquatur, nec facilè ad certam ſpeciem adſtringi poſſit, tam in Criminalibus & civilibus Fiſcalibus depoſitionis, appellationis eũ procedere, videtur eſſe dicendum. *arg. l. 8. ff. de publ. in rem act. l. 3. in fin. ff. de offic. præſid.* Id tamen tripliciter limitandum. I. quoad cauſas *Criminales*, ubi enim de crimine agitur, ob quod Regno (ex juſta enim cauſa Princeps dignitate exui poteſt. *Parlador. 1. rer. quotid. cap. 3. num. 8. Schot. tom. 1. lib. 1. conſ. 1. num. 236.*) privandus veniat, cognitio iſtius non ad ſolum Palatinum, ſed ad totum Electorale collegium pertinet, ut eorum ſit Imperatorem deponere, quorum & eli-

gere,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0082-8

gere, *arg. l. 3. ff. de re judic.* ad eos pertineat depoſitio, ad quos pertinet Inſtitutio. *Novell. 15. c. 1. in fin.* vindicet hic ſibi locum quod *Zacharias Papa* ſcribit ad Francos, an Childericum juſtè deponere poſſint, cogitantes: *Regem plebs conſtituit, eundem & deſtituere poteſt. Avent. l. 3. Annal. Bojor.* & quod *gl.* dicit in *c. cum ex injunct. in v. tam inſtitutio Ext. de hæret.* ad quem pertinet Inſtitutio ad eundem deſtitutio per *c. 1. & 2. Ext. de Capell. Monoch. c. 3. §. in Eccleſ. Ext. de privileg.* & pronunciavit Epiſcop. *Mogunt.* contra *Henricum IV. Imp.* Quem meritum inveſtivimus, quare immeritũ nõ deveſtiamus? Nunquid EE. PP. decreto imponere licet, eorundem authoritate tollere non liceat? *Helmold. in Chron. Sclavon. Arniſæ. de jur. Majeſt. l. 1. c. 6. n. fin. Hortleder. in diſcurſ. ad Sleid. th. 9.* Et ſanè juris eſt eminentiſſimi EE. abſolutiſſimam de deponendo ab Imperio Rom. Imperatore habere poteſtatem; Qualis enim eſt ratio conſtitutionis, talis quoq; erit ratio depoſitionis ex natura contrariorum, inprimis, cum nihil tam naturale ſit, quam unumquodq; eodem genere vinculorum diſſolvi, quo colligatum eſt, *l. 35. ff. de R. I.* prout enim aliquid contractum eſt, ita & ſolvi debet. *l. 80. ff. de ſolut. l. 100. l. 153. ff. de R. I. c. 1. ext. de R. I.* quæque contrahuntur contrario ſenſu rurſus diſſolvuntur, *§. fin. Inſt. quib. mod. tollitur obligat.* Jam verò Imp. EE. Suffragiis eligitur. E. contrariis viciſſim deponitur; Sic poſt antiquiores *Wenceslaus* ob ignaviam depoſitus, & in ipſa Rheni ripa, apud oppidulum Lonſtein/ tribunali excitato, ſententia exauctorationis publicata, *An. 1400. 20. Aug. d. quo in Chron. Landgr. Thuring. c. 142. tom. 1. Tritbem. in Chron. Sponh. A. 1400. Huld. Mut. lib. 26. Chron. German. pag. 26. Avent. 7. Annal. Bojor. pag. 645. Raph. Volater. lib. 23. Froſſard. Coævus ſcriptor. lib. 4. Hiſtor. c. ult. Dd. comm. juxt. Clar. lib. 5. ſentẽt. §. fin. q. 35. Mynſ. conſ. 19. n. 6. Dauht. in Explicat. l. 3. C. de teſtam. n. 1. ad lit. B. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. in pr. n. 99. Chopp. de LL. Andi. l. 2. cap. 7. num. 10, Georg. Sigiſm. Seld. conſ. ad Ferdinand. quæſt. 1. §.* Zum. *26. Matth. Steph. 2. p. 1. c. 5. n. 47. de Iurisd. Mich. tr. eod. concl. 13. lit. d. Zaſ. in l. non ambigitur. num. 3. c. de ll. Peucer. lib. 5. Chron. pag. 3. D. Bocer. de Iurisd. c. 8. n. 76. Schonb. 5. polit. 33. Buxt. ad A. B. concl. 11. l. h. D. Clutẽ. in ſyll. rer. quotid. concl. 24. lit. e. Cubach. in Iurispr. Germ. l. 3. c. 28.* Hi omnes

*Quæſt. 40. An ad EE. pertineat Imp. depoſitio, an vero ad Pontificem? Pri. Aff.*



unanimiter

unanimiter ſtatuunt, Pontificem non poſſe deponere Imp. ſed ſolos EE. Ac quamvis quidem exiſtiment etiam in depoſitionibus ſolum *Palatinum* Judicem eſſe, quod & probatur in antiquo *Speculo Suevico l. 1. c. 30.* ubi dicitur, ſi Imperator accuſetur de eo, quod corruptione Imperium obtinuerit, id coram Palatino faciendum eſſe, tamen hæc ſub conditione conciliari poſſe videntur, ſi nempè dicatur Electorem Palatinum quidem etiam in depoſitionibus Judicem primarium eſſe, interim tamen alios non excludi.

*2. In cauſis Feudalib. Quæſt. 41. Quiſnam in cauſis feudal. ſit judex competẽs Imp. tres Dd. opinio. 1. Ipſũ Imp. 2. Palatinum. 3. Pares curiæ quã ſequor.*

2. Si conveniatur ſuper *cauſis Feudalibus*, etſi enim tres de ea ſint *Dd.* opiniones I. eſt, ipſum Imperatorem de hac cognoſcere poſſe, quam defendũt *præpoſit. in c. 1. n. . de inveſtit. in marit. fact. Laud. in c. 1. n. 8. verſ. apud quem vel apud quos. Obrecht. diſp. Feud. 7. th. 70. Curt. jun. p. 1. q. 8. n. 25. Ardiz. in ſum. c. 138. Hannet. l. 4. c. 1. Ferr. Mont. l. 5. Feud. c. 1. Sonsbec. part. 4. feud. n. 24. Boſ. tit. de princ. & tit. de for. cõpetent. n. 170. Alb. Brun. conſ. 45. n. 13. Pacian. conſ. 149. n. 97. arg. 2. F. 18. & 34. adde text. in c. novit. 14. de judic. ibi*, cujus cognitio ad ipſum Regem. II. Non ipſum Imp. *ſed C. Palatinum*, quia noſter textus non diſtinguat. Ita in Specie vult *Sixtin. l. 1. de Regal. c. 8. n. 52.* III. eſt. Nec ad ipſum *Imp.* nec ad *C. Palatinum*, ſed ad *pares ſpectare*, Et ita ſentiunt *Schrad. de feud. p. 10. ſect. 5. n. 40. & ſeq. & Roſenth. c. 12. axiom. 3. n. 14.* quia Juris Feudalis deciſio ſpecialis & quidem antiqua. *A. B.* vero generalis ſit, quæ legi ſpeciali nunquam derogat, *l. 3. & ibi gl. C. de Silent. lib. 12. Honded. conſ. 78. n. 21. & conſ. 91. n. 38. l. 1.* Atqui ita ſentiunt. *H. Hartm. in obſ. tit. de Feud. O. 42. n. 2. Mynſ. 4. obſ. 49.* quibus & meum calculum adjicio.

*3. Si Imp. lite pulſatur ut Dux vel Comes, ad Auſtregarum judicium vocandus eſt. Probatur, & alios Reges coram ſuis conveniri poſſe Conſiliariis. Exemp. Reg. Galliæ.*

Deniq; ſi Imperator, ut *Dux vel Comes* lite pulſetur, ad *Auſtregarum* judicium vocandus eſt, *D. Vultei. in l. 1. n. 9. c. ubi Senat. vel Cl. Dan. Ott. d. c. 16. Arumæ. d. diſcurſ. 7. vol. 1. & diſc. 12. q. 6. in fin. vol. eod.* Nec hoc mirum cuiquam videatur in *Imp.* noſtro, idem enim in aliis Regib. & Principib. factitari experientia teſtatur. Sic Rex GALLIÆ coram *Parlamento* Conventus, reſpondere cogitur. *Hott. in Francog. cap. 15. & 18. & Adrian. pulvæ. de Advocat. privileg. for. p. 63. Gothof. in d. l. un.* & ſi adverſus privatos in privatis judiciis reſtitui vult Procurator Regius, ſedem ac locum mutat, ne publicam, ſed privatam cauſam agere videatur, *Bodin. 3. de Repub. 6. n. 31.* Imo ſi Galliæ Rex *Parlamento* contrarium quid mandet, hujus & non illius ratio habetur. *Nevizan. int. conſ. Brun. 12. num. 38.* Sic Rex

HISPA-

*Hiſpaniæ. Angliæ. Bohëmiæ.*

HISPANIÆ in conventibus triennalibus jus dicit, ſibique viciſſim jus dici patitur, *Steph. Iun. Brut. adverſ. tyrann. in repet. adverſ. quæſt.* 8. In ANGLIA de litibus inter Regem & ſubditos exortis, *Iuſtitia Magna* cognoſcit *Bod. 1. de Repub. 8.* *Rex* BOHEMIÆ ratione *Sileſiæ* coram judicio ſuperiori *Vratislavienſi*, & reſpectu Ducatus *Glogovienſis* coram paribus Curiæ iſtius Ducatus, ſtare cogitur. *Schrader. de Feud. p. 10. ſect. 1. n. 13. Nicola. Honelinz. in Sileſiographia fol. 79.* pari modo EE. Duces Sc. SAXONIÆ, corā ſuprema Electorali *Lipſienſi curia* de bonis & reditibus ærarii ſeu Cameræ cōveniuntur, *Zang. de except. p. 2. c. 1. n. 142.* *Archiduces* AUSTRIÆ, cum ſint immunes à jurisdictione Imperii, ortis controverſiis aliquem è ſuis vaſallis judicem conſtituunt, coram quo conveniuntur & jus accipiunt *Cuſpin. in Auſtria pag. 37.* Equidem EE. his & ſimilibus Privilegiis gaudere iisque prærogativas quasdam competere, quis non æquiſſimum & juſtiſſimum mecum judicabit? cū enim hi *ſuis conſiliis & laboribus, pro toto terrarum orbe diu noctuque laborent, quare non habeant dignam ſua prærogativa fortunam, ut inquit Imperator Iuſtinianus in l. unic. C. de quadrien. præſcript.* Atque hæc de EE. dixiſſe ſufficiat. plura qui de eorum privilegiis ac juribus ipſis competentibus ſcire deſiderat, Is videat præter alios *Schard. tr. de EE. Gevold. tract. de VII-viris. Vindec. tr. de EE. Heig. p. 1. quæſt. 8. per tot. Paurmeiſt. l. 2. de Iurisd. c. 9. Matth. Steph. l. 2. p. 1. cap. 5. per tot. Mich. Schifferer. in tract. de Orig. & poteſt. modernor. EE. Gerlac. Buxtorff. D. Arumæ. & alios ad A. B. Carol. IV. Chriſtoph. Beindorff. de EE. Romano-German. Imp. Eccleſiaſtic. & Secularib. apud Domin. Arumæ. Diſcurſ. publ. 9. vol. 3.*

*Ducum Saxon.* (margin, beside "pari modo EE. Duces Sc. SAXONIÆ")

*Archiduc. Auſtriæ.* (margin, beside "Archiduces AUSTRIÆ")

XXVI. Cum supradictum tres eſſe EE. *Eccleſiaſticos*, eosque *Archiepiſcopos*, alios *Politicos*, eosque *quatuor*: de iis, *quinam illos Archiepiſcopatus fundarint*, ut & *quosnam ſibi ſubjectos habeant Epiſcopos*; de his, *ad quasnam familias Electoratus illi pervenerint, & quotnam illa dignitate uſi ſunt*, videbimus. *Moguntinenſis Archiepiſcopatus* eſt in *Moguntia civitate* ad Rhenum ſitus, ubi Mœno commiſcetur; urbem hanc condidit *Moguntius Traianus*, quam *Claudius Druſus* Cæſaris privignus ampliavit: ob *Gervilionis* cujusdam vitam flagitioſam Archiepiſcopatus *Wormatienſis* Moguntinam tranſlatus eſt, *A. C. 745.* authore *Bonifacio*. Primus ex diœces

*Moguntin. Archiep. ubi, à quo, & quando conditus, & qui Mogunt. tranſlatus.*

Mogũtina ElectorWilligis perhibetur, Ottonis III. præceptor, *A.988.*

*1. Elect. Mogunt. VVilligis ex patre Rhedario natus. Vnde inſigne Rota Archi. Epiſ. Mog. ortum ſit. Mogũt. 12. Epiſc. ſuffrag. Eadem de Archiepiſcop. Colon.*

electus. Hic natus ex *patre rhedario*, ex pago Schönningen/ſuæ cõditionis memor, rotam multis in locis depictam, ſibi, velut imaginem modeſtiæ probandæ, propoſuit, cum hac inſcriptione: *VVilligis, Willigis recole, vnde veneris, & prioris fortunæ memor, qui nunc ſis, conſidera.* Unde etiamnum hodiè Archiep. Moguntin. inſigne, *Rota*, perduravit. Subſunt Moguntino *12. Epiſcopi tanquam* ſuffraganei: *Argentinenſis, Spirenſis, VVormatienſis, Herbipolenſis ſive VVurceburgenſis, Auguſtanus, Conſtantienſis ad Lacum Pedamicum, Curienſis Rhetorum, Eichſtetenſis ſive Dryopolis ad flumen Alemannũ, Halberſtadenſis, Hildesheimenſis, Paderbornenſis & Verdenſis. Archiepiſcopatus Colonienſis*, à civitate Imperiali ad Rhenum, in qua eſt, dicitur. Civitas autem dicta eſt Colonia Agrippina, quaſi *ab Agrippa* deducta aut condita, ut *Strabo* ſentit. At *Tacit.* ab *Agrippina, Auguſti Cæſaris uxore*, deducit. in urbem hanc Archiepiſcopatum *Bonifacius A. C. 743.* adjutore *Carolo M.* introduxit. Electoratus autem dignitas in hunc Archiepiſcopatum devoluta *A. C.* 1003. Archiepiſcopatui huic ſubſunt *V.* Epiſcopatus, *Monaſterienſis, Oſnaburgenſis, Mindenſis, Trajectenſis Leodienſis.*

*Trevirenſ.*

*Trevirenſis* Archiepiſcopatus, denominationem ſuam à *Treviri* civitate ſortitus eſt, in qua tempore *Regum Francorum* cœpit eſſe Archiepiſcopatus, ex Epiſcopatu Trevirenſi. Septemviralẽ dignitatẽ ſtatim ab initio per *Ottonem* fundatorẽ ejus (ut vulgo ſentiunt) in hunc Archiepiſcopatũ tranſlatam eſſe volunt. Suffraganei hujus Archiepiſcopatus ſunt *tres*; *Metenſis, Dolanus, & Virdunenſis.*

*Palatin. 5. familiæ tenuer.*

Electoratum palatinum ad Rhenũ ab *Ottonis III.* tempore, quinq; familiæ tenuerunt. I. *Francica Lotharingica Moſellana*, è qua EE. 2. orti. II. *Cattorum & Francorũ*, ex qua I. *Cuno* ſive *Cunradus*. III. *Suevica*, ex qua *Cunradus Sueviæ* Dux. IV. *Guelphica*, ex qua *Henricus*. V. *VVittelsbachica & Bavarica*, ex qua 19

*Quæſt. 42. An domui Bavaricæ, An v. Palatinæ Elector. competat?*

Circa hunc Electoratum orta eſt controverſia; *utrũ dignitas Electoralis propriè cõpetat domui Bavaricæ, an palatinæ Rhenanæ?* Sed licet mihi non fas ſit, tantam componere litẽ: Auctor hujus controverſiæ *Chriſtophorus Gevvoldus*, Conſiliarius Bavaricus. Reſpondit ei *Marquardus Freherus*, Conſiliarius Palatinus, utriusq; ſcripta extãt publicè.

*Poſter. Aff Elect. Saxon. 5. fam*

Electoratus *Ducũ Saxoniæ*, permanſit in *quinq;* familiis. 1. Ex *Hermanni Biling.* Poſteris Ducum Lunæburgenſium, ex qua IV. numerantur: *Bernhardus Hermanni Bilingi de* Stubeckhorn filius:

*Bern-*

*Bernhardus II.* ejus filius. Elect. Saxon. Dux *Angariæ & Weſtphaliæ: Ortholphus*, ejus filius: *Magnus*, filius ejus. II. Comitum *Supplenburgi*, è qua unicus *Lotharius*, Poſtea Imperator, III. Ducum *Bavariæ Guelphorum*, è qua IV. Principum *Anhaltinorum* ſive Aſcaniæ, è qua 8. in hac duravit Electoralis dignitas annis 127. ſecundum *Fabricium*; vel 242. ſecundum *Spalatinum t.2. fol.29. vel.353. ſecundum Fauſtum* im Stambaum *fol.102.* V. Comitum *Wettinenſium & Marchionum Miſniæ ex Wittekindæa* domo: è qua EE. 11. Graviſſima hic oritur quæſt. *An abſque injuria Ducum Saxoniæ Lavenburgenſium, Sigiſmundus Imp. Ducatum & Electoratum Saxoniæ Friderico I. bellicoſo Marchioni Miſniæ conceſſerit? N. Albert. Krantz. in Saxon. lib. 8. c. 28. & lib. 9. cap. 19. & lib. 10. cap. 3. Aff. Knich. in comment. in Ius Sax. verb. Electorum. c. 2. cui cum D. Cluten. in Syll. Rer. quotid. concl. 24. l. m.* & ego accedo. Altera quoque non minus controverſa fuit olim: *Vtrum ſine injuria Anhaltinorum Principum? Aff. Knich. d. l.* Officium *Brandeburgici* cum Electoratu ad diverſas familias pervenit. I. Comitum *Wettinenſium*: è qua 3. II. Comitum *Stadenſium*: è qua 4. III. Comitum *Aſcaniæ & Principum Anhaltinorum*: è qua 13. IV. Comitum *Wittelsbachiorum* & Ducum *Bavariæ*, è qua 3. V. *Lunæburgicam*: è qua 2. VI. Comitum *Zollerenſium & Burggraviorum Norimbergenſium*, ex qua 9.

*Quæſt. 43. An rectè fecerit Imp. transferendo Electoratũ ad Marchion. Miſniæ? Aff.*

*Quæſt. 44. An ſine injuria Anhaltin? Aff.*

XXVII. Electorum claſſem ſequitur altera, quæ *Principum* eſt. Hi itidem vel *Eccleſiaſtici* ſunt, vel *Seculares*: illi in certos rurſus diſtribuuntur ordines. *Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Prælates.* Inter Eccleſiaſticas perſonas principem in ordine locum habet *Pontifex Romanus, l. 4. C. de ſum. Trinit. Nov. 9. in pr. Nov. 131. can. 1. diſt. 22. can. 1. diſt. 23.* qui & *Papa* dicitur; quod vocabulum quidam derivant à *Pappo*, carduorum flore, qui marceſcens in lanuginem abit, ſeſe ita per aërem diffundens, ut veluti floſculus evolet. Quocirca detorquent etymon ad brevitatem vitæ, quam ſummos Pontifices vivere videmus: Ut ſicut flos ille *Pappus* appellatus in auras diffluit, & ſicut nebula citiſſimè evaneſcit; ſic Papæ anni brevi deficiant, tutiſſimeque diſſolvantur. Unde dici ſolitum, nullum hactenus ex Romanis Pontificibus tam robuſtum vitalé fuiſſe, qui annos protoPapæ *Petri* attigerit. De utroq; nomine Pontificis & Papæ, *vid. Coraſ. 5. miſcel. 15. & lib. 1. c. 10. n. 13. Lanc. tẽpl. omn. jud. lib. 2. c. 1. Duar. l. de Sacr. Eccl. miniſt. c. 10. in fin. Tholoſ. 15. ſyntagm. 3. Briſſon. in lexi. verb.* Pontificum. Olim autem Papæ nomen Epiſcopis di-

*Principes vel ſunt Eccleſiaſtici vel ſeculares. Illi tres ordines conſtituunt: Archiepiſcop. Epiſc. Prælat.*

*De Pontifice.*

*Papæ derivatio.*

verſarum Eccleſiarum, cum Pontifice Romano cõmune fuiſſe, conſtat ex hiſtoria Eccleſiaſtica multis in locis. *Cypria. 2. Epiſt. 7. Niceph. l. 6. cap. 9. Auguſt. Epiſt. 25. 30. & 35. Vti adnotatum eſt à B. Aret. in problem. p. 3. ſub tit. de offic. Eccleſ. in fin. Duar. d. c.* 10. olim apud Roman. penes collegium Pontificum, erat authoritas interpretandi juris *l. 2. §. 6. ff. de O. I.* Sed cum Pontifices paulatim tali functione ad avaritiam & ambitionem abuterentur, translata tandem fuit authoritas concedendæ actionis ad Prætores, *l. 6. §. 28. ff. de damn. infect.* olim qui *Reges* erant, & *Pontifices* erant. Nam majorum hæc erat conſuetudo, ut *Rex* eſſet etiam *Sacerdos & Pontifex.* Unde & Romani *Impp. Pontifices* dicebantur, *ſunt verba Iſido. 7. Etymol. cap. 12. relata in can.* 1. *diſt.* 12. Hinc *Deus* voluit *primogenitum Regno & Sacerdotio* eſſe præficiendum, *Geneſ. 49. v. 3. Sic Melchiſedec Rex & Sacerdos, Geneſ. 14. v.* 18. Sed in figura Chriſti, *Pſalm. 109. v. 4. Hebr. 7. per tot.* Sic *Heli Sacerdos & Iudex populi* 1. *Reg.* 1. Sic *Moyſi, Samueli, Eſdræ, Machabæis*, aliisque Sacerdotibus priſcorum temporum, *Deum* Civilem quodammodo gladium dediſſe, inficiari nemo poterit? Verum cùm ventum ad verùm (ut inquit *Nicol. Pontifex in Epiſt. ad Michaël. Imp.*) ſibi nec *Imperator* jura *pontificatus* arripuit, nec *Pontifex* nomen *Imperatorium* uſurpavit: quoniam idem mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jheſus, actibus propriis & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis utriusque diſcrevit, *can. 6. diſt. 96.* In Pontificem eligi debet vir egregius, *arg. c. 13. cauſ. 24. quæſt. 1.* ac quidem de ipſius Eccleſiæ gremio & ex cætu Cardinalium, ſi reperiatur ibidem idoneus, ſin minus aliunde *d. can. 1. diſt.* 23. Hodiè *electio Pontificis* ſolis *Cardinalibus* competit. *c. 6. ext. de elect. c. 3. eod. in 6.* Formulam, qua Pontifex eligebatur, quave poſt *Alex. II. A. C. 1061. Hildebrandus. A. C.* 1073. electus eſt, ponit *Sabellicus* poſt *Platinam* in vita *Georgii VII.* & refertur à *Matth. Steph. l. 3. p. 1. cap. 2. num.* 12. Ratione loci, in quo fit electio pontificis, ſanxit quædam *Gregor. X. in d. c. 3. verſ. hoc ſacro. De coronatione inunctione, & ordinatione Pontificis latè agit Lancellot. l. 2. Inſtitutio. major.* §. 1. *de ornat. corpor. Maxim. verſ.* corona Pontificis triplex. Pontifex ad pontificatum ita legitimè promotus aliquando vel *ſpontè* renunciat, maximè ſi ſe inſufficientem cognoſcit, idque conſtituit *Cœleſtinus V. in c. 1. de renunt. in 6.* quæ tamen renunciatio cum conſenſu Cardinalium fieri debet, aliàs nulla eſt *cap. 2. Ext. de transl.*

*Olim Reges quoq; fuerunt pontifices.*

*Adventu ſuo Meßi. Sacerdot. & Regn. diſcre.*

*Electio Pontif. cõpetit ſolis Cardinal.*

*Pontifex Electus ſpontè renunciat. At cum cõſenſu Cardinal.*

*transl. Epiſc.* quibus ex cauſis Pontifex accuſari, judicari, & deponi poſſit, tradit *Lancell. d. l. 2. c. 1. §. 2. quæſt. 6.* Pontificatu vacante de cauſis ad cognitionem Rom. Pontificis pertinentibus Cardinalium collegium cognoſcit, ut & cætera expedit, donec aliis ab eis Pontifex creatus fuerit, *arg. c. 17. ext. de judic. de quo apud Octav. Veſtr. l. 1. introductionis in Romanæ aulæ actionem & judiciorum morem c. 1. & ibi Nicol. Ant. Gravat.* Electi Pontificis ſummam eſſe poteſtatem quis non videt, quam & in tantum extendunt Pontificii, ut eundem appellare Deum non vereantur *c. 7. diſt. 96.* & qui ſit ſupra leges *c. fin. cauſ. 25. quæſt. 1.* adeoque cui nemo audeat dicere, quid facis? *c. 7. diſt. 21. c. 1. extravag. commun. de majorit. & obedient.* etiamſi innumerabilium populorum animas catervatim primo mancipio ad Gehennam ſecum trahat, *c. 6. diſt. 40. c. 13. q. 7.* & ratione ejuſdem immenſæ poteſtatis tribuunt ei Jus & facultatem abſolutam in omnes creaturas, juxta illud; Ecce duo gladii hic *Clem. 2. de ſentent. & re judic. c. 10. diſt. 96. c. 17. & c. ſeq. 9. quæſt. 3.* & quod omnia poſſit ut Deus, excepto peccato, *c. 5. de pœnit. diſt. 2.* omniaque diſponat pro libitu & placito ſuo *d. c. 17.* quod ſit major Paulo adminiſtratione *c. 1. diſt. 20. c. 2. diſt. 22.* ita ut pro Regula tradatur, ei, qui à Pontifice Maximo legibus Divinis ſolutus eſt, apud Deum immortalem ſatis cautum eſſe *c. 5. ext. de vot.* plura ejuſdem farinæ encomia quæ vel ipſi Pontifices vel adulatores ſine fronte adſcribunt, tacitus hic prætereo. Poſt pontificem proximè ſequuntur *Cardinales. Lazius in comm. Reip. Rom.* ducit Originẽ Cardinalium ab antiquitate præfecturarum Romanarum quæ mutata Religione, ex Ethnicis Chriſtianæ ſunt factæ, ut quia antea præfecti earum fuerunt dicti, nunc Diaconi, & Cardinales principes appellentur, nec à regionibus amplius ſed paſſim à templis & Martyrum tumulis, ab ædificiis, & patrimoniis pontificiæ ſedi legatis nominentur. Initium hujus Ordinis fecit *Anaſtaſius Papa III. circa A. C. 914.* qui prohibitus à *Berengario*, ne Epiſcopum Papienſem Archiepiſcopum crearet, *mitræ rubræ* inſignia ei tribuit, ex quo Cardinalitii dignitas nata eſt, *A. C. 600.* Imperante *Phaca* ſub *Bonifacio III.* una cum Pontifice Romano etiam Cardinales dignitate & opibus ita evecti ſunt, ut Domini potentes in mundo evaſerint; eorum *inſigne* eſt *ruber pileus*, cujus uſum *Innocentius IV.* ipſis

*Pontificatu vacante Cardin. Vicar.*

*Pontificij quid tribuant poteſtatis Pontificiæ.*

*Cardinalium origo.*

*Quis inſtituerit Cardinales.*

*Inſignia Cardinal.*



conceſſit.

conceſſit, *veſte* etiam *coccinnea* à *Paulo II.* decorati dicuntur. *Car-*
Cardinal. notatio. *dinales* quaſi Sacerdotes præcipui & principales, *h. e. Cardinales,*
*c. 2. de offic. Archiprob.* à *Cardine,* quem vocamus negotii Summam
1. & principalem quæſtionem, *Syl. l.1. AEneid.* in illa verba haud tan-
to ceſſabit cardine rerum. Qu dam deducunt eos *à cardine oſtioru͂,*
2. quia ſicut oſtium regitur à cardine, ita quoque omnis Eccleſia re-
gatur Authoritate ſedis Apoſtolicæ: & ſic Senatus Cardinalium à
Cardine regimen accipiat, ut *Cardinales dicantur*, quaſi *alios re-*
Epiſcopor. ordo quadruplex. *gentes c. 2. diſt. 22.* Multi Ordines ſunt in Eccleſia inter quos Epi-
ſcopus comprehenditur *c. 1. diſt. 21. Epiſcoporum* autem ordo *qua-*
*dripartitus eſt,* ſunt enim *Patriarchæ, Archiepiſcopi, Metropolitani*
Patriarch. Archi. Metrop. Epiſc. *& Epiſcopi d. can. 1. verſ. Epiſcoporum.* Quia, dixi, *quod res eſt,* Papæ
impudentiam notavi, Arrogantiam impugnavi, Cæſaris capitulati-
ones aliquantò exactius perpendi, tum ob temporis anguſtiam,
tum ob alias easq; graves & magni momenti cauſas, quantumvis
invitus, ſubſiſtere juſſus: interim benevolo lectori, fidem meam fir-
miſſimè obligo, totam Comitiorum materiam, tam univerſalium
quam particularium, ſi Deus vitam & ſanitatem dederit, inſtanti-
bus nundinis Francofurtenſibus in publicum prodituram, ubi ſi-
mul hæc omnia, quæ hiſce quam breviſſime propoſita concluſio-
nibus, latius deducentur, & totus Romano-Germani-
ci Imperii Status, deſcribetur.

# FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0091-3

QK II k V 176

10/17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0092-9

B. K. II, ... 8
h. 29,22. 2...

II k 1776

S.S. R ... ER-
M A ... II

Von de ... ſtagen.

DISS ... LIS

AUT ... ETO
NOBILIS ... DINIS IN
F ...

PRO C ... JURE
Priv ... bus

JOH ... RVS

E ...

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-8036-p0093-4